CATHOLICON ET NOTORIUM, IMPERAT. FERDINANDI 2. ET FRIDERICI 5. ELECT. PALATINI, ...

CATHOLICON
ET
NOTORIVM,
IMPERAT. FERDINANDI II.
ET
FRIDERICI V. ELECT.
PALATINI,
Vtriuſque Regis Bohemiæ Electi;
Pro Iure S. Imperij.

ANNO M. DC. XXV.

STATUS CONTROVERSIÆ BOHEMICÆ

IMP. FERDINANDI II. ET FRIDERICI V. ELECT. PALATINI,

Utriuſque Regis Bohemiæ Electi.

Cardo litis in ſubſequentibus tribus videtur verti fundamentis, quæ ſunt;

1. *Poſſeſſio.*
2. *Ius ſive Titulus utriuſque.*
3. *Iudicium.*

Ordinis & neceſſitatis ſimul ratio in theſi deſumta eſt ex *l.35 ff. de acquirenda poſſeſſ. & §. Retinenda 4. Inſtit. de interdictis.*

PARS PRIMA, De POSSESSIONE.

Per poſſeſſionem hic intelligimus apprehenſionem poſſeſſionis vacuæ, mediante actu aliquo corporeo: ut accipitur *tot. tit ff. de acquir poſſ.*

Per Vacuam, quam nemo detinet. *l. ſi in 2. §. Vacua 1. ff. de actionibus emti.*

Cujuſmodi apprehenſio de jure in tantum neceſſaria eſt, ut nec filius abſque ea in paterna hæreditate (qui ta-

men aliâs eadem cum patre perſona cenſetur, & dominus vivente patre *l in ſuis 14. ff. de liber. & poſth.*) poſſeſſionem acquirat, & ita Imperij praxis obſervat. *Gail lib2.. obſervat. Cam. Imp. obſ. 152. N. 2.*

In hypotheſi incidenter venire quæſtio hæcce poſſeſſionis, & partes in contradictione invicem verſari, imo utraque ſibi poſſeſſionem vendicare videtur.

Dum ex parte Friderici V. aſſeritur, ab electione & acceptatione Regii ipſum nemine contradicente vacuam & pleniſſimam poſſeſſionem apprehendiſſe Regni Bohemiæ. *Tractat. Nullit. fol. 10. & 17. Speculo proſcriptionis Frid. fol. 11. 46. Confeſſione Imp. Ferdinandi II §. Darbey die vacantz. & fol. 47* Ac ipſo notorio nullam poſſeſſionem realem à Ferdinando II. apprehenſam. Idem affirmant Bohemi in *deductione ſua N. 46. lit. A. & paſſim.*

A parte Ferdinandi II. tam dicto loco formulæ Proſcriptionis ſive Banni §. *Darbey die Vacantz*, quam libello præcedenti anno 1620. de Iure Hæreditario Auſtriaco publicato expreſſe fol. 53. ponitur, Neutiquam quis (de Ferdinando II. id intelligens) illud adminiſtrat quod nondum poſſidet; & fol. ſeqq ut res poſſeſſionis nomine expedita videatur.

Confeſſio Auſtriaca.

Verum cum Auſtriacus ſcriptor Iuſtitiæ Imperialis anno 1622 evulgatæ, mutato ſtylo, contrarium non modo affirmet, ſed deſuper jus agendi ſeu partes actoris Friderico V. obtrudere, & cauſas fractæ pacis ex eodem fundare nitatur, *propoſ. 14. fol. 39. 42. & propoſ 15 fol. 47. propoſ. 16. fol. 52.* res ex actis paulo prolixius deſumenda & pro negotij neceſſitate diſcutienda videtur.

Auſtriaci ſcriptoris ſeu patroni argumenta poſſeſſionis Ferdinandinæ hæc 3. proſtant.

1. Denuntiatio Moguntina Elect. ad diem Electionis Impe-

Lectori veritatis & juſtitiæ ſtudioſo S.

VErbum vetus, Inter arma ſilent leges, & mox ipſa ſimul veritas. Quinquennium fere abſolvitur bello inteſtino graſſante per viſcera Imperij, cujus flammæ è circulo in circulum late flagrant, præſenti periculo ne cuncta rapiant, eò uſque ut vel vicini Heroes ſuam ipſorummet cauſam ardente pariete proximo agi exiſtiment. Quid ſuffundent? complures ambigunt. quis ignis ſcintillas dederit primas, cuiuſve noxa maxime non reſtinguatur commune incendium, varius eſt, pro ingenio cuiuſque & fama vulgi incerta, hominum ſermo. Interea temporis in theatrum orbis publicum ſcripta utriuſque ſupra inſcripta partis (utriuſque ſublimitatem & authoritatem ſolenni hac quã par eſt proteſtatione hic & ubique ſalvas edico) contradictoria & accuſatoria mutua prodeunt continuo, Vendunturque vani circum palatia fumi. Exinde ex utriuſq; ſcriptis publicis maxime ſubſtantialibus rem ipſam cum ar-

 gumentis

gumentis potioribus pro Imperij iure & proceſſu legitimo ſuccincta qua fieri potuit adumbratione conformique addito voto bona fide repræſentare hac vice opportunum cenſui. Lector benevolus verborum & rerum repetitiones, cum crebriores, tum inſtar actorum quæ appellant, prolixores quam aliàs eiuſmodi referendi ratio poſtulat, ſubinde recurrentes, boni conſulat, veritatique & iuſtitiæ benevolam aurem & patrocinium præbere non renuat. Atque ita bene valeat. Ex Caſtris Iuſtitiæ, 1624.

V.V.N.

Imperialis Francofurtenſem. 2. Ferd. II. eò loci receptio in collegium Electorale à reliquis Coëlectoribus facta. 3. Denuntiatio Electorum & aliorum principum Friderico V. pòſt facta: Imperatorem Ferdinandum eſſe verum Regem Bohemiæ, Electionem Bohemorum eſſe notorie illicitam & peſſimi exempli, ſedem non vacaſſe, &c. *Inſtit. Imperial. propoſ.* 13. quæ deprompta videntur ex proſcriptione §. *Sich angemaſſet, in Speculo fol. 86. & ſeq.*

Friderici V. ſcriptores reſpondent ad 1. Electorem Moguntinum abſque ulla prævia communicatione cum reliquis Coëlectoribus vocaſſe Ferdinandum II. ejuſque præſentiam inſtantius urſiſſe, cauſæ hujus conjecturam facilem eſſe. *Specul. fol. 29.*

Ad 2. Movendæ tunc quæſtionis ſtatus Fridericum V. cauſam non habuiſſe, utrique parti jus ſuum integrum reſervaſſe: denegationem audientiæ Bohemiæ ſtatibus factam non collegialiter tractatam fuiſſe. *Specul. fol.* 24. 25. 26. *&* 31. imo diſſenſum ejus cauſa Electorum Eccleſiaſticorum & Secularium allegant *fol. 26.* ad Prothocollum ſe referentes.

Bohemorum ſtatuum proteſtatio & provocatio ad ſtatus Imperij, apparet *Deductione Boh. N. 46. lit. A. & B.*

Ad 3. ex ſecundo extractum *d. propoſ.* 13 *fol.* 36. Denuntiationem Friderici V. cum oblatione ejuſdem publicam ubique repetunt, & neminem ob contradictionem alterius poſſeſſione ſua uti prohiberi objiciunt. vide infra *part.* 3. ſæpius enim occurrit.

Contra Friderici V. ſcripta in genere, ut dictum, ad Notorium ſe referunt; à Morte Imperatoris Mathiæ in Regno Bohemiæ Ferdinandi II. nomine poſſeſſionem non apprehenſam: Vivo Imp. Mathia nec adminiſtrationem Regni, nec poſſeſſionem Ferdinandum II. habuiſſe *Rationes Frider. V.*

buiſſe nec habere potuiſſe: per literas Reverſales poſt, conditionibus non impletis ab ipſo Ferdinando II, nec in forma nec materia debito & ſufficienti modo, (ut ſtatus perhibent,) vel ab obitu Mathiæ non plus ei licuiſſe. *d. §. (banni) Darbey die Vacantz fol. 46. in Speculo.*

Hinc contendunt, ad vacuam poſſeſſionem ſufficere, partem adverſam in reali poſſeſſione, quæ facti eſt, non conſtitutam, ut caſu præſenti quo ſimpliciter Fridericus V. abſolute vacantem poſſeſſionem abſque ullo impedimento aut contradictione vel oppoſitione ſit adeptus. *Specul d. fol. 46.*

Eandem reſponſionem *(d. fol. 46.) ad d § Sich angemaſſt. Specul fol* 86. repetunt; ubi publica Regis Ferdinandi II. receptio, coronatio, homagium à ſtatibus & ſubditis Bohemicis regi præſtitum, inveſtitura Cæſarea, recognitio pro rege Ferdinando II. ab omnibus, & ab ipſo Frider V, &c. hinc vocatio ad diem Electionis Imperialis & admiſſio ad collegium Electorale in eadem qualitate ad ſuffragium & Electionem, profecta, allegatur. *Specul fol* 86. *(De inveſtitura part. 2. prolixe infra.) Quod ſublata cauſa tollatur effectus, inquit deduct. Bohem fol.* 159 *&* 164.

Fridericum V. ergo vacuam poſſeſſionem oblatam, abſque vi & viribus, re non clam habita, ſed ſuis Coëlectoribus, & alijs, miſſis legatis & literis, parefacta, juſte apprehendiſſe, poſſeſſionem Regni, homagio facto à ſtatibus cum alijs pertinentijs Regni traditis, per anni ſpatium ad violentam Ferdinandi II. deturbationem, & hactenus cum reſervatione juris ſui in ſingulis concordiæ (fruſtratis à parte adverſa) tractatibus, & oblationibus factis, continuaſſe. *Nullit. fol.* 10 17. *&* 18. *Specul. fol.* 47. *Information Francoyſe fol.* 29 *in fin. &* 32. *& C* 4. *per tot.*

Vacuo. Videndum, penes utrum ſit requiſita poſſeſſio? *per d. ratio-*

rationem l.35 ff.acquirend.poſſeſſ. Duo ſiquidem ſimul rem in ſolidum poſſidere nequeunt *l.poſſideri 3. §. ex contrario §ff d.t.Gail lib.de Pignorib.ob.22 N.5.*

Poſſeſſio ex parte Ferdinandi II. in Regno Bohemiæ non probatur nec ante nec poſt Imperatoris Mathiæ mortem *ſuprad.l.& ipſa formul. preſcr paſſim. & §. demnach nun. Specul fol.21.in verb. poſt dictam mortem ſe Regem ſucceſſurum appellans Ferd.II.* Ergo nunquam. Ratio conſequentiæ; quia tertium tempus non datur.

Nec præſumitur utroque caſu, quia poſſeſsio eſt facti, & vivo Mathia Imperatore non licuit per jusjurandum: Ergo nec ejectio, nec rapina, nec invaſio Ferdinandi II. probatur. *litura fol.2.25.38.47.55.*

Reliqui actus allegati, homagij, coronationis, &c. dependent à cauſa principali Electione Ferdinandi II. quæ conditionalis fuit. *per ſ d. & ipſa formula preſcr. collatione d. §. demnach nun. Specul fol.21. & d.§. haben Wir. in verb. volligen regierung & § ſeq.*

Conditionalis quoque actus Ferdinandi II. Electoris eſt non tantum ratione futuri temporis, obitus nimirum Mathiæ Imperatoris, ſed conditionum ſimul ſtatibus implendarum cauſa. *deductione Bohem. d.N.46.lit. A.§. Vber dieſes alles & d.modo §.formul.proſcript.& d.§.haben wir.* ibi notetur oblatio Ferdinandi II. *Item §.ſeq. Sondern Wir, in verb. Vngeacht die zu denſelben zeyten. Iure hæredit fol.59. in fin.*

Ante haſce conditiones exiſtentes & impletas bellum Bohemicum inter Jmperatorem Mathiam & ſtatus ſubortum. quo de poſtea prolixius, *part.2. de Iure Ferdinandi Secundi.*

Ad receptionem & actus collegij Electoralis Francofurtenſis quod attinet:

In Theſi hujuſmodi decretum vel reſcriptum poſſeſſionem non tribuit per ſe; quin altera parte non audita præſumitur ſub & obreptitium. vide *Gail 2. obſ. 76.*

In Hypotheſi, ut dictum, proteſtatio & reſervatio Friderici V. objicitur, Bohemiæ ſtatuum non auditorum proteſtatio & provocatio. ex quibus eum ſupra dictis ad argumentum ſecundum Auſtriacum, contradicta ſaltem poſſeſsio appareret.

Et poſſeſsionem Regni tribuere nequit, cum Electores id in jure & in manu ſua non habuerint. *arg. l. in his* 175. §. *1. ff. de R. I.*

Imo Ferdinandus II. ipſe receptionem de voce & electione interpretatur non ulterius, ut ſupra dictum *ad d.* §. *Sich angemaſst. in fin. Specul. fol.* 87.

Et quoad hoc quoque: Aut pro illa tantum vice tribuit tunc Francofurti: aut in perpetuum: Vtroque caſu res verſabatur inter ſtatus Bohemiæ & Ferdinandum II. nondum abrogatum; ubi quæſtio erat de rege Bohemiæ ratione collegii Electoralis nullo alio tunc exſtante, & utrobivis Bohemi non auditi conqueri videntur de damno irreparabili. *paſſim & ſ. d. N. 46. Information Francoiſe fol.* 13. & *fol.* 19.

Caſu præſenti Ferdinandi II. & Friderici V. quæſtio eſt de duobus regibus electis, receptis, unctis.

Ne igitur decretum Electorale remiſsionis ſtatuum eluſorium dicatur, pro illo ſaltem actu intelligendum erit, utrovis modo ſumatur deciſio hujus poſterioris caſus. Bullâ Aureâ præſcribitur pro poſsidente pronuntiante. *cap.* 20. Electoratus à Regno ſeparari nequit, ait jus Hæreditarium Auſtriacum *fol. 15. ex tempore Bullæ.*

Receptio ergo nec Regni poſſeſsionem tribuit, nec collegii Electoralis poſſeſsionem, imo poſito, hanc poſteriorem

riorem tribuiſſe, te poſt alio ſtatu & poſſeſſione penes Fridericum V. exiſtente, poſſeſſio collegij Electoralis, cum eius jure poſſeſſori Regni erit adjudicanda Frider. V.

Quibus omnibus poſſeſſio in Imperio requiſita Friderici V. probari videtur notorie apprehenſa, abſque vitio poſſeſsionis.

Fuit enim vacua à morte Mathiæ Imperatoris per ſupra dicta & quod mors omnia ſolvit. *Gail 2 obſ.152. N 10.* apprehenſa nec vi, nec clam, vel precario, per *ſupra dicta. & arg. 1 ff. uti poſſidetis. l. Pomponius 13. §. 1. v. denique ff. de acquir. poſſeſſ.* manetque firma, animo, nomine & inſignibus hactenus declaratis, cum reſervatione expreſſa continuata. Vnde hodie adhuc Fridericus V. in poſſeſſione eſſe præſumitur. *Form. proſcript. §. hatt er ſich. in verb. beharr. lichen. & paſſim in actis. confeſſione ſic pactu adverſa. Inſtit. Imper. fol. 40 in fin. verb. & quando apparebit finis.*

Cujuſmodi poſſidenti prætor vim fieri vetat. *l 1 §. eſt igitur 4. v. Illud. & l. 2. ff. uti poſſidet. & de naturali poſſeſſione. l. 1. § dejicitur 9. ff. de vi & vi armat.*

Imo in cujus quæſtionis judicio etiam prædo in poſſeſſione ſua manutenendus venit. *text. in C. in literis de reſtit. ſpoliat. & dd l. 1. § qui à me 30. ff. de vi & vi arm.*

Nequaquam igitur Ligæ invaſio ſive exercitus Ferdinandi Secundi cum Hiſpano & Eccleſiaſticorum Germaniæ, ſive quopiam alio conjunctus, poſſeſſionem Friderici V. per leges Imperij mutare vel ea eum privare valuit; cum animo ſolo retineri queat poſſeſſio. *l. clam poſſidere 6. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Non irem tractationibus tentatis conditionalis de renuntiationibus Bohemicis declaratus Friderici V. conſenſus, cum res ipſa nullum effectum ſortita ſit *l ſciendum 19 §. dictum 2. & 3. ff. de AEdilit. Edict dd.* & per expreſſam

reſer-

reſervationem Friderici V. *ſup. Et informat franceiſe fol.* 32.

Remedia Friderici V. Quin Friderico V. coram legitimo judice, ratione ſpolij, ut cuilibet vel infimæ etiam ſortis privato Imperij, remedium recuperandæ poſſeſſionis cum omni cauſa competeret, *l. 1. §. 1. ff de vi & vi armat §. recuperanda. Inſt. de interdict. & dd. Gail. 2 obſ 75. N. 9. 10. c reintegrandæ 3. q. 1* turbatio ſeu ejectio probatur litura *fol.* 55.

Iuris.

Armorum. Imo armis Friderico V. repetere licitum (ob civilem animo continuatam & durantem propter animum recuperandi) naturalem videlicet poſſeſſionem undecunque deturbatus ſit, quando ejus facultas erit; *dd ad d. l quod eſt 3. §. Eum igitur 9. ff de vi & vi armat. Gail. 1. lib de pace pub. cap. 16. &c. Conſtit fracta pacis. arg & Ordinat Cam p 2. tit. 9 §. 2 in fin. ibi*: in recenti facto aut cum amicos & auxilia ſua habere queat. *Iuſtit. Imp. propoſ. 9. fol. 19. Conſtit. pac. pub. de anno* 1521. *&* 1548 *allegans.* Et Gail *d. l. N.* 16. etiam poſt decennium ait; & arbitrio judicis relinquit.

Ratio ordinis nunc in hypotheſi eſt, ut de juſtitia Cauſæ magis appareat, & in procedendi modo ſimul conſtare queat, utrius fuerit petere vel agere jure? & conſequenter, utrius culpa ſecus factum? *Iuſtit. Imperialis judicio propoſ. 16. fol. 52. & ll. &c.*

PARS ALTERA
De
IVRE VTRIVSQVE.

Ius Electionis. IUs à parte Ferdinandi II. videtur quadruplex: *1. Electionis. 2. Hæreditatis. 3. Inveſtitura Cæſarea. 4. Belli.*

Quorum priora duo Electionis & Hæreditatis contraria videntur per ſe & utriuſque confeſſione paſſim.

Auſtriaci Ius ſucceſſionis opponunt arbitrio electionis.

Iur.

Iur. hæredit. fol. 8. *&* 9. Vri primogenito. Ergo non arbitrario jure.

Bohemi *deductione paſſim. & fol.* 164. *informat. ad Cancell. Bav. Anhalt. p.* 1. *c.* 6. *fol.* 50.

Nec limitatio id conciliat juris ſucceſſionis Regij ſanguinis ſive hæredum, qua durante proſapia regnicolis nullum jus electionis competat. *Formul proſcript.* §. *Sonderen auch in &* §. *ſie als unſere durch, &c. in fin. & totam parentheſin.*

Et ſic jus liberæ Electionis ab Auſtriacis, Regni Boh. ſtatibus in caſu vacationis ex defectu familiæ duntaxat conceditur. *Iur. hæredit fol.* 9. *&* 46.

Bohemi contra non unico illo ſed vacationis quocunque caſu jus liberæ Electionis ſibi vendicant. *ubique in actu deduct. Boh cap.* 1 *per tot.*

Et cum notorie actus electionis de Ferdinando Secundo exter, *Speculo fol.* 21. amplius Auſtriaci ita verbum electionis, quamcunque legitimam adeundi regni rationem, juxta jura conſuetudineſque antea receptas, etiam in privilegio Friderici II. Imperatoris intelligi velint, quæ receptio ſit ut in aliis principatibus hæreditariis & abuſive electio dici poſſit, *Iure hæred fol* 8. *&* 48 *d. informat. ad Cancell. d. fol.* 50. *inauditum & novum eſſe, ait.*

Manet ergo re & verbis mutua contradictio ubique.

Sive jam electio juxta Bohemos ſive receptio ſecundum Auſtriacos ſit, de re ipſa utriuſque argumenta videnda.

Bohemi contendunt, electionem Ferdinandi Secundi vitioſam eſſe, quinque rationibus. 1. contra normam ſtatutorum. 2. non vocatos reliquos. 3. contemtos reliquos. 4. minimam partem comparuiſſe. 5. non fuiſſe liberam electionem. Imo annullatam fuiſſe prætenſione hæreditatis, & ſit impugnatione ipſius Ferdinandi II. *deduct. Boh.*

fol.159.&ſeqq. Auſtriaci negant primum, tertium, quartum, & quintum. *Iure hæredit fol.* 48.

Ad ſecundum reſpondent: Ius hactenus fuiſſe controverſum Bohemis cum Sileſiis. 2. Sileſiam Ferdinandum II. Regem excepiſſe, homagium præſtiuſſe, *fol.* 49. 3. Minis & donis non oportuiſſe obtinere Regnum ex hæreditate debitum. 4. Vim ſic compertæ veritatis extitiſſe. *fol.* 50. 5. Imo jus Ferdinandi ſecundi non dependiſſe ex libera Bohemorum electione, & comitia rite ac ordine peracta eſſe. *fol.51.d.Iur.hæredit.*

Pauca hæc in genere de utriuſque juris contradictione mutua & in ſpecie de Imp.Ferd II.electione.

Prius in theſi verum, contraria de jure ſe invicem tollere, & quod jure certo alicujus ſit id amplius alio jure diverſo ejuſdem fieri non poſſe. *l.Non ut 159 ff.de R.I.* & quod ex una ſaltem cauſa res ſive dominium alicujus eſſe queat, *l.poſſideri 3 §.ex pluribus 4.ff de acquir. poſſeſſ* Recte ideo à Bohemis dicitur, liberam & coactam voluntatem ſibi invicem contrariari. *l ſi mulier 21.§.ſi metu 5 ff.de eo quod met. ca* Et in ſpecie opponuntur conſenſus & neceſſitas. *l Ergo 40 ff.de ll.* & quidem ubique tam in hæreditaribus, ut quando jure naturæ liberis paterna dicitur deberi hæreditas, *Novell. conſt.coll.1 tit.1.§.1 V. Primum itaque.* quam contractibus. *Arg.l.ſicuti 5. Cod.de O.& A.* Imo in ſtatu & forma Reipublicæ videntur privative oppoſita dici poſſe cum unum genus tollat alterum. *Arg.tit ff de Origin.Iuris.* exemplis politicis, ut regiæ poteſtatis Romanæ initio Imperii & poſt, &c.

Et hæc in theſi præter utriuſque partis confeſſionem de regno ſimpliciter electivo vel hæreditario. *Iur. hæred. fol* 19.23. non negantes interim, poſſe dari mixtum, ſed id nihil ad hypotheſin, ut dictum; ſunt enim contradicto-

riæ propoſitiones; *Omnis caſus vacationis regni admittit electionem* (ex mente Bohemica) *liberam* &, *Quidam caſus vacationis, vel potius unicus caſus ſaltem, nempe defectus regiæ proſapiæ, agnoſcit Electionem pro intentione Auſtriaca, ſup. d. locis.*

Hinc videmus rei hujus & conſequenter nominis deciſionem, electio qualis & an proprie ſit, ut item validitatem præſentis Ferdinandi II. electionis cuius pro & contra allata argumenta maiori ex parte in facto conſiſtunt; penitus à cauſa principali deſumendas: Electionem interim Ferdinandi II. ſive receptionem cum acceſſorijs, conditionalem repetiri. *in actis & utriuſque confeſſione. &c. part 1.*

Hæc de primo jure, Electionis videlicet, & ejus ἀντιπαθεία, cum hæreditare; quâ de juſto ordine mox.

In hæreditatis jure totius cauſæ nervus videtur à domo Auſtriaca intendi; *d. formul. proſcript.* &c. *ac libello de Iure hæredit. per tot.* *Ius hæreditatis.*

Hinc utriuſque fundamenta paulo altius ex actis repetenda, & quid tandem legibus Imperij conſentaneum, diſpiciendum.

Ex parte Ferdinandi Secundi, jus hæreditatis ſive ſanguinis, formula proſcriptionis Friderici V. nititur. *Argumenta Auſtriaca.*

In genere, legibus Imperii & conſtitutionibus de eiuſdem Electoratibus.

In Specie, de Regno Bohemiæ conceſſionibus, ſive privilegiis Cæſareis.

Nominatim 1. Rodolphi I. de Electoratus regibus Bohemiæ conceſſo à Carolo IV. Imperatore ac à Ruperto Electore Palatino Friderici V. prædeceſſore & alius electoribus confirmato privilegio, cum ibidem allegata antiquiſſima obſervantia. 2. Aurea Bulla Norinbergenſi.

3. Hac

3. Hac priore de Regno Bohemiæ ſcitu & conſenſu Electorum data Bulla (ab eodem Carolo) inter alia privilegia de ſucceſſione regni Bohemiæ Norinbergenſi ſubſequente Bulla per omnia contenta expreſſa.

Deinde pactis Regni Bohemiæ duplicibus. 1. Vladiſlai declaratione quam vocat (Ferd. II.) & Imperatoris Ferdinandi I. reverſalibus, anno 1545. ſtatibus Bohemiæ traditis. *Formula proſcr. paſſim. & d. §. ſie als Vnſere. Specul. fol.* 82.

Hæc fundamenta proſcriptionis dictæ: Addantur tamen majoris ſecuritatis cauſa argumenta libelli Hæreditarii Iuris Auſtriaci prius ediri ex triplici capite deſumta: 1. ex privilegiis ipſis Regni ab adverſariis prolatis: 2. ex uſu & conſuetudine perpetua ab iiſdem iactata. 3. ex Regni conſtitutionibus legibuſque authenticis quas ſupprimant *fol 6 libello Antwerpiæ excuſo anno* 20.

Privilegia. Videamus iam de ſingulis; formula proſcriptionis hæc ſaltem allegantur.

Iure hæreditario res prius deducta dicitur ab authore Iuſtitiæ Imper. *propoſ* 13. *fol.* 34. interim Rudolphi I. Imperatoris privilegium nullibi attingitur amplius, minus deducitur. *extat apud Goldaſtum Tomo* 2. *Receſſ. conſtit. ord. Imperial. fol.* 85. *&* 86 *datum Erfordiæ anno dom. M.CC.XC.*

In principio aſſerit, ius ac officium Pincernatus apud Regem Bohemiæ nec non eius hæredes iure hæreditario reſidere *in fin.* § 1. & § 3. Hæc vero iura Pincernatus & Electoratus, etiam Regis progenitoribus pure pleniſſime competiiſſe. § 4. *Volentes itaque dicti Regis & hæredum ſuorum diſpendiis cavere, ius & officium Pincernatus in Imperio ſibi & hæredibus eius & non alii competere, & in Electione Regis Romanorum futuri Imperatoris habere ius & vocem, clare recognoſcimus, approbamus, & præſenſium teſtimonio profitemur*, &c.

Hocce

Hocce privilegium confirmatum à Carolo IV. anno Chriſti 1378 (alii 1348) *Goldaſt.d.Tomo 2 fol.*93. Ibi nota omne dubium & obſcurum pro parte & in favorem ipſorum Regni & Regum Bohemiæ interpretantes & declarantes, &c.

Ruperti I. Comitis Palatini Rheni, Vicarii S. R. Imperii, Conſtitutio anni 1356.*d.tomo 2.fol.*91.§.3. &c. Quod ſereniſſimi principes & illuſtres Domini Bohemiæ Reges, ab atavis, proavis, & progenitoribus ſuis, ab eo tempore cuius apud homines (Sicut præmittitur) memoria non exiſtit, habuerunt continuo, habent & habere debent, jus & Vocem plene & omnimode ad inſtar noſtri & aliorum comprincipum Coëlectorum noſtrorum tam Spiritualium quam Secularium in electione Romanorum Regis ad Imperium promovendi.

Aurea Bulla Norinbergenſis anni 1356. explicatur *Iur. hæredit fol.*14 *& ſeqq.* duo concernere. 1. Electoratum Secularium, inter quos nominatim Bohemiæ regnum comprehendat, eſſe hæreditarium. 2. quis cum hæres nullus ſuppetit, ſufficiendus ſit. *Cap* 7.§.3.*fin ſi vero.*

In ſpecie ſucceſſionem eſſe primogeniti etiam Bohemiæ Regis. Ergo filios hæreditario jure Electores eſſe, ſic regnum ipſum hæreditarium, cum Electoratus à Regno ſeparari nequeat, & ſaltem ex tempore conſtitutionis hujus, qualecunque ante fuiſſet.*d.C.*7. Fuiſſe quoque prius tale, §.1.*ſane generaliter.fol.*15. per privilegia Friderici II. Imperatoris intelligit, *Iur.hæred.fol.*8.16. Caſum vacationis de eo explicat quo penitus hæres omnis extinguitur. *d.fol.*16.

Bullam jam Bohemicam priorem Caroli IV. ſive confirmationem & declarationem privilegii Friderici II. Imperatoris, *fol.*10.12. non diverſam eſſe à poſteriore Imperii

rii Bulla Norinbergenſi, vult Ferdinandus II. *d. §. proſcript. form.* & patronus Auſtr. *fol.* 11. *&* 12. *Iur. hæredit.*

Vrget præterea verba expreſſa, *in caſu duntaxat*; quorum perſpicua vis ſit, non competere Bohemis jus electionis, niſi prorſus nullo exiſtente, ex regali proſapia Bohemiæ ſive maſculo ſive fœmina *fol.* 11. 13.

Et quomodo poſſit opitulari Bohemis, dum pro confirmatione privilegij Friderici II. pro ſe producant, ratione declarationis rejiciant? *fol.* 10 eamque aut ex mente Friderici II. Imperatoris eſſe ait, aut, ſi dubia, ſucceſſoris fuiſſe illam interpretari. *fol.* 11. &c.

Verba privilegij Frid. II. Imp. *Volentes, ut, quicunque in Regem ab ipſis electus fuerit, ad nos & ſucceſſores noſtros accedat, Regalia debito modo ſuſcepturus*: ita declarat *fol.* 8. Aut eſſe receptionem ſicuti in provincijs hæreditarijs, quæ abuſive electio dicatur; Aut electionem eſſe dicto caſu deficientis regiæ prolis, ubi collatio non Imperatori (ut in feudis alias) ſed Regno reſervetur.

Poſt in ſpecie tribus rationibus exinde hæreditariam qualitatem probare vult. 1. quod in gratiam Ottacij Regis datum. *fol.* 7. 10. 2. quod in ſtatu priſtino à Fred. II. relinquatur. *d. fol.* 8. 3. quod hæredes ſui, expreſſe ſubjiciantur. *fol.* 9.

Reliqua Friderici II. à Bohemis prolata (de quibus poſtea) non privilegia ſed inveſtituras eſſe juxta expoſitum privilegium. *f.* 9. In quibus notari vult duo argumenta. 1. Quod Imperator Fridericus II. inveſtituram det tanquam primogenito, ergo non tanquam jure arbitrario electo. 2. Vocet regna paterna Wenceſlai. *f.* 10.

Obſervantia

Hæc de privilegiis & conceſſionibus: ſequitur obſervantia. Quam à primo fere exordio gentis, ex Hiſtoria Dubravii & Hajecii, reperit ab Authore Gentis (quem nomi-

nominant) CZECHO, *fol.19.* ad Wenceſlaum illum regem uſque qui Iudıtham Rudolphi I. Imperatoris filiam acceptuxorem; In huius autem filio Wenceſlao ſtetiſſe progeniem, & ſicut ante abſque interruptione per viros ſanguis principum Boh. propagatus feliciſſime fuit, ſic per fœminas deinceps manare perrexiſſe. Ex quo tempore tres familię (ait) nobiliſſimæ velut in truncum inſitæ fuere, atque in ſanguinis ſceptrique communionem adſcitæ; Lucenburgica, Auſtriaca, Polonica: Porro ſingulas tam diu ſceptrum tenuiſſe, quamdiu ex illis proles extiterit; qua deficiente rurſum alteram adſcitam eſſe familiam per ſanguinis connubium eodem jure: *fol.44. Iur hæredit. & fol.18. & 19 cum ſeqq.*

Hinc tria argumenta pro jure hæreditario extruit.

1. Eſt perſeverantiæ ſucceſſionis penes eundem ſanguinem abſque ulla contradictione vel prætenſione liberæ electionis.

2. Quod unuſquiſque princeps proximum ſibi filium vel fratrem dixit hæredem; & qui ſic dictus fuiſſet, ſemper eſt pro legitimo receptus, niſi cum vis á cognatis ipſis intervenit.

3. Quod ex diſſidiis inter cognatos concludit, hæreditarium principatum fuiſſe non ſuffragio electionis, ſed prærogativa ſucceſſionis. *fol.23.* Vnici Bodiebradii exemplum eſſe exorbitans á conſuetudine & ſtatutis Imp. addit, á iure & æquitate. *fol.45.46. & 29.*

Pacta Vladiſlai, ſeu pactum ſeu declaratio & reverſales Ferdinandi I. recurrunt in conſtitutionibus Regni; quibus utrumque cum Caroli IV. declaratione probatur.

Priori tamen Vladiſlai aſſeritur, eum de regno quaſi hæreditario conſtituiſſe, & bas literas pro æterna lege á ſtatibus receptas & inter conſtitutiones regni relatas. *fol.29. & 30.*

& 30 *Iur Hæred.* Nam peculiaribus literis diſpoſuiſſe Vladiſlaum, ut, poſtquam Ludovicus filius jam ſit in regem coronatus, ſi abſque hæredibus decedat, Duciſſa Anna illius ſoror Regni hæres exiſtat &c. Nec Vladiſlai arbitratu: ſed cum vigore jurium & immunitatum & privilegiorum Regni Bohemiæ, neutiquam reclamantibus ſed approbantibus ſtatibus. *ex verbis diplomatis fol.* 30. 31. *Iur. hæred.*

Reverſales poſteriores de anno 1545 extant *Iur hæredit fol.* 34. per quas Anna uxor Ferd. I. vera hæres Regni conſtituitur, & ipſe Ferdinandus I. rex electus ex libera & bona voluntate ſtatuum. *fol.* 35. quæ reverſales cum Caroli IV. declaratione anni 1348. & Vladiſlai (diſpoſitio) literæ Majeſtales, quas appellant, ibi conſtitutionibus Regni inſertę ſunt ex conventione ſtatuum cum ſua majeſtate. verbis conſtitut. *ita quod juxta jam memoratam Bullam auream, Majeſtales literas & Reverſales, erga ſua Majeſtatis hæredes, & non aliter ſe gerere debeant. fol* 36.

Has Reverſales nullo modo pugnare cum privilegiis nec Friderici nec Caroli, *fol.* 33.

Reſpondet ſimul ad objectionem Bohemicam, qua importune opponatur, Ferdinandi I. poſteros fuiſſe libera electione ordinum ſuſceptos, nempe Maximilianum II Imp Rodolphum II. Imp. Ratio 1. quia Ferdinandus I. pro Maximiliano primogenito; hic pro Rodolpho item natu maximo; & hic pro fratre Mathia preces ſuas interpoſuerunt. 2 quod ab illis ſic electis datæ Reverſales ſunt Regni ordinibus. *fol* 36 37. *Iur. hæredit.*

1. Reſponſio, petere non fuiſſe opus ſi jure ſuccedebant, & nihil præjudicare iuri quæſito, &c. 2. Non (tunc temporis) extare unde conſtaret ex reverſalibus nimirum recognoviſſe reges illos, non debitò ſed gratuitò ſe fuiſſe receptos. *fol.* 37.

Ferdi-

Ferdinandum I. Maximiliano II. obtinuiſſe precariò ſucceſſionem, eſſe audaciam affirmandi. 1. quod pro æterna lege inter conſtitutiones regni de conſenſu ordinum ſancivit, ut dictum. 2. ob Codicillos Ferdinandi I. deſuper liberis relictos. *fol.* 38. 3. ob Conſtitutiones denique regni, in titulo de electione regis, item judicio regni: concluſione conſtitutionum regni *fol.* 39. 40.

Item per formulas juriſjurandi quo ſe regni officiales regi & regno obſtringont, quæ inter ipſas etiam conſtitutiones recenſentur. Nam & illæ diſertiſſimum teſtimonium perhibent, quod ad Hæredes ſucceſſio pertineat *fol.* 41.

Iuramenta extant: 1. ſupremi Burgravij. 2. Burgraviorum Karleſteinenſium. 3. Capitanei arcis Pragenſis. *fol.* 41. 42. 43 quibus tum regi tum hæredibus fidelitatem promittant. *fol* 43.

Concluſio; Ferdinandus Secundus juxta regni conſtitutionem aſſumptus in regem eſt. Ergo eſt legitimus Rex. *fol.* 46.

Atque hæc de fundamentis Aoſtriacis tanquam partis actricis. *p.* 1. ſequuntur Bohemica ex deductione ipſorum deſumpta. *c.* 2.

Primò Reſponſio ad Caroli IV. declarationem, qua octodecim argumentis impugnatur. Ex quibus præcipua ſunt (Rodolphi I. Imperatoris privilegium demum in proſcriptione in medium productum eſt:) *Argumenta Auſtriaca.*

1. Solutio & defectus poteſtatis Cæſareæ; declarationem enim Caroli IV. anno 1348. factam perlubens cum idem Carolus 1350. demum factus ſit Imperator.

2. Abrogatam eſſe eodem die per confirmationem privilegiorum Bohem. ab eodem Carolo profectam. *N.* 31. *deduct. Bohem.*

 3. Per

3. Per abrogationem Codicis Carolini (cujus hæc verba ponuntur deduct. fol. 155. *ad quos ſucceſſivis temporibus Regnum noſtrum Bohemiæ ex deſcendenti vel collaterali linea ſucceſſionis legitime develvetur: vel ea deficiente Electionis jure pervenerit, &c. Rubr. 6.*) qua non tantum codex ille privatus ſed in effectu dicta declaratio per clauſulam generalem abolita ſint *fol. 157. extat N. 39.*

4. Quod declaratio Carolina ſibi ipſi ratione modi vacantiæ ſit contraria, ubi primum caſus defectus familiæ, pôſt vel quicunque alius vacationis ponatur.

5. Sit contra petita & intentionem petentium confirmationem, &c.

6. Abrogata tandem per Bullam Auream anno 1356.

7. Imo ipſius Caroli pacto reciproco cum Auſtriaca domo. (multa quidem pacta Auſtriaca à Rodolpho primo Imperatore primum, ab Alberto Secundo Imperatore renovatum pactum, à Ludovico Bavaro Imperatore abolitum. *N.* 28. 29 Item Caroli Quarti novum, *N.* 30. ſublatum ajunt Bohemi per non uſum & pacta contraria, *N.* 34. 35. ipſius Imperatoris Maximiliani Primi. *N.* 35. ſed nihil ad rem faciunt.) quod ſimul viginti ſeptem argumentis refutatur. ex quibus duo hic momenti alicujus videntur. 1. caſus conditionis nondum exiſtentis; quia ſanguis regius nondum defecerit. 2. quod pactum per ſe invalidum Georgio Bodiebradio regi redditum & per Fridericum Tertium Imperatorem remiſſum & abrogatum 1462.

8. Obſervantia declarationi contraria per actus contrarios, adductis octo exemplis.

1. Alberti Secundi Imperatoris.
2. Filij ejuſdem Ladiſlai juramento probatur. *N.* 6.
3. Filiæ ejus primogenitæ Annæ Wilhelmi Saxoniæ ducis uxoris, præteritione Iunioris filiæ Eliſabethæ Caſi-

mit

miri regis Poloniæ conjugis. (ex hac Auſtriacâ Ferdinandi Primi & Friderici Quinti domus.)

4. Per Electionem Regis Bodiebradij.

5. Per excluſionem nepris Alberti Imperatoris ex primogenita filia Electori Brandeburgico Iohanni deſponſata.

6. Per præteritionem ducis Munſterbergenſis filij regis Boiebradii, ſuo & uxoris Caroli Quarti deſcendentis nomine.

7. Excluſione Sigiſmundi Poloniæ Regis, abnepotis Caroli Quarti Vladiſlai fratris, ratione maſculinitatis ſtirpis & proximitatis juris, reginæ Annæ Ferdinandi I. uxori præferendi.

Simul ex filia Alberti Auſtriaci Anna primogenita complures familias recenſent: ut; Electorales domus, Saxonicam & Brandeburgicam, Danicam regiam, Saxonicam Weinmarenſem & Coburgenſem, Holſteinenſem, Megapolitanam, Wirtenbergicam, Anhaltinam, & alias, & conſequenter Reginam Friderici V. uxorem, cum ſuperioribus prærogativa primogenituræ gaudentem, *deduct. Boh. fol. 94. & genealogia N. 32.*

8. Sicuti in pacto, quod ſanguis nondum defecerit cujus proſapiæ, ratione Attaviæ Sophiæ, Fridericus V. ſit compalijs. *deduct. fol. 95 96 & N 32.*

Ad diſpoſitionem Vladiſlai dicunt, 1. Siquidem ea jus aliquod hæreditarium tribuat, id fieri aut ex conſuetudine antiqua & jure regio Bohomiæ. 2. Aut ex Caroli IV. confirmatione ſeu declaratione. 3. Vel tandem ex ipſa illa diſpoſitione paterna.

Primo obtendunt naturam Regni, ſeu actus contrarios in exemplo[.]

1. Libuſſæ & ſororum, & Wenceſlai ultimi interfecti ſororum,

ſororum, quarum tres fuere, omnium trium exemplo.

2. Annæ primogenitæ Heinrici Carinthiæ ducis.

3. Secundæ Margarethæ ducis Brigenſis uxoris.

4. Eliſabethæ conjugis Iohannis Lucenburgici regis, ſuo nomine electi.

5. Documento Sigiſmundi Imperatoris filiæ unicæ Eliſabethæ.

6. Ladiſlai regis poſthumi duabus ſororibus.

7. Annæ ducis Wilhelmi Saxoniæ conthoralis. Et

8. Eliſabethæ reginæ Poloniæ, & compluribus aliis familiis per fœminas ex regio ſanguine Bohemico deſcendentibus, ut ſunt principes Lignizenſes & Brigenſes, ſimplexius ratione trium filiarum regiarum ex domo Ottocari regis & Bodiebradii habentes.

Alteri opponunt rationes de Caroli Quarti Imperatoris declaratione ſuprà allatas; cum prohibitione Bullæ ejuſdem Imperialis, quà maſculi ſaltem ad Electoratus admittendi ſint: & quia Bohemiæ regnum nullibi nec ſtatutis regni, exemptionibus, privilegiis, pacto reciproco Wenceſlai Ignavi cum Auſtriaco Wilhelmo & fratre filias excludente, &c. fœmininum reperiatur. Ex falſo ergo præſuppoſito procedunt *deduct. fol. 122. & paſſim.*

Tertio fundamento objectant:

1. Vladislaum plus juris in alium, quam ipſe habuit transferre non potuiſſe, atqui habuerit non hæreditaria qualitate, ſed Electione, ipſius confeſſione *deduct. fol.* 124.

2. Nec contra juramentum venire vel diſponere potuiſſe.

3. Imo in feudis ei non licuiſſe diſponere, hinc formalia & materialia vitioſa; imo feuda maſculina maxime titulata non devolvi ad fœminas abſque ſpeciali inveſtiturarum pacto.

4. Abſ.

4. Abſque conſenſu ordinum in Regno Electivo (ubi regis poteſtas, ſtatutis limitata videlicet, *expreſſe landsord.* *N.* 19. de anno 1496 ab ipſo Vladiſlao & ſtatibus condita, & *N.* 18. *lit. A.* & *N.* 20. *A.* regi & ſtatibus alienatione prohibita) ſolennia non obſervata eſſe.

1. Non in comitiis actitatum, (in præjudicium Regni & mutationem ſtatus.)

2. Sigillo carere.

3. Tabulis regni non inſertum.

4. Non diſpoſitionem nec inſtitutionem nec ſubſtitutionem eſſe, ſed narrationem ſeu enuntiationem ſimplicem.

5. Caſum exiſtentem poſt in exemplo Ferdinandi I. & ejuſdem Reverſalibus contrarium probari. *N.* 13.

6. Contrarietatem ſive diverſitatem diſpoſitionis, ratione Ludovici Regis, qui non ſuo jure ſed aliorum beneplacito venerit, *N.* 8. *lit. A.* & Annæ ſororis, quæ jure proprio ſuccedere debuiſſet, contra jura Electoratus feudi maſculini. &c.

Ad Reverſales poſteriores Imperatoris Ferdinandi I. de anno 1545. priores ejuſdem anni electionis ejus 1526. in medium proferunt, *N.* 36. De mutationibus tam Reverſalium, ex collatione temporis quoque utriuſque, refutationem ſumentes, quàm ordinationis Regni & juramentorum officialium, Hæredum voce & illis impreſſa, violentiaque tempore belli Schmalcaldici, & comitiis armatis anni 1547. multum conqueruntur Bohemi; Enixe contendentes, ſubſequentibus dictis actibus ejuſmodi Reverſales primas & juramentum ipſius Ferdinandi I. non potuiſſe infringi, nec item confirmationem privilegiorum: Imo negant, de comitiis ejus 1545. anni quicquam talium extare in conſtitutionibus ſive tabulis Re-

gni. *N.*37. Omni huic altercationi obtendunt iteratas Ferdinandi I confeſſiones, maxime quod recuſata ejus requiſitione mortuo Ludovico Rege Bohemiæ ratione hujus prætenſionis hæreditariæ Annæ uxoris nomine & diſpoſitionis Vladiſlai ſtatus Boh. electioni mordicus inſtiterint, & tribus ſimul Ferdinandi I. & duobus Bavariæ ducibus Wilhelmo & Ludovico electis regno iterata electione Ferdinando I. obvenienre deſuper prolatas reverſales primas mutuo condiderint. *N.*9. 12. 13. *deduct.*

Bullam inſuper Auream imperialem per bellum Schmalcaldicum non ſublatam, & ſic nec privilegia Bohemiæ

Pacta ſucceſſionis aperte eſſe contra leges & privilegia Regni, quorum correctio vel abrogatio interdicta Ferdinando I. per reverſales ipſius. Idem tenraſſe Carolum Quartum Codice ſuo legum Bohemicarum, ut ſuprà dictum.

Atque hæc quoad ipſius Ferdinandi I. perſonam; ratione forte mutuæ ſucceſſionis cum ſocorio rege Ludovico, pacta dotalia nihil habere. *N.* 40.

De Ferdinandi II. pactis ubique aſſerunt, eum iiſdem conditionibus deſignatum, quibus & anteceſſores ejus, & obligatum in ſpecie: 1. de conſervanda conventione religionis & literis Maieſtatis. 2. libertate, jure, privilegiis, ordinationibus & conſuetudinibus antiquis regni ſartis tectis præſtandis. 3. de obſervandis receſſibus comitiorum Bohemicorum 1608 & 1610. & confœderationibus. 4 de non imminuendo ſed augendo regno. 5. re ipſa tandem præſtando quicquid Reverſalibus jurejurando regio & obligatione per ſcriptum promiſſum. *N.*64.

Atque tantum de reſponſionibus & ſolutionibus. Bohemi ad fundamenta Auſtriaca inſtar defenſionalium jus

ſuum

ſuum viciſſim deducunt ad longum, Ius liberæ electionis nimirum. *deduct. Boh. cap. primo.*

1. Et primum quidem per qualitatem, formam, ſeu ſtatum Regni, & obſervantiam.

2. Conceſſiones privilegiorum, inveſtiturarum, confœderationes, interceſſiones, prenſationes, captationes ſuffragiorum, cum tractationibus, remiſſionibus Cæſareis, Concilio Baſilienſi, *fol.* 50 *& ſeqq. deduct. fol.* 63. agnitione papali, *fol.* 58. Electorali, *fol* 60.

3. Præſcriptione non modo immemoriali ſed per novem fere ſecula annorum.

4. Ipſa Caroli IV. declaratione Electionem tribuente.

Primò, Ius Electionis liberæ cum obſervantia ad Mathiam Imperatorem & præſentem Ferdinandum ab origine longa ſerie repetunt æque ab authore gentis Czecho; quo defuncto Crocus alieni ſanguinis extantibus fratribus Czechi & aliis propinquis electus ſit à populo; Croco mortuo tribus filiabus relictis ex his natu minimam Libuſſam vatem electam, & huic Primiſlaum Agricolam maritum re fortunæ commiſſa inventum, ex quorum deſcendentia 30. actus allegant (ex omnibus familiis ad Mathiam Imperatorem 40. actus.) ex Libuſſæ autem familia etiamnum ſuperſtites, nempe ex filio Vratiſlai I Regis Bohemiæ filio tertio, maſculos extare Barones Schwihowsky de Reiſenberg; & ex filia primogenita Croci Caſca nomine barones de Haſenberg ſupereſſe, & alios. *f. dd. f.* 24. Deinceps familia Lucenburgica, ubi æque ſanguinis ejus, per fœminas nimirum Alberti Auſtriaci Imp. generi Sigiſmundi Imperatoris, quando ex filia huius unica Eliſabetha multi ſuperviventes reperiantur. *d. N.* 32. *& ſuprà.* Georgii Boiebradii liberis, principe Munſterbergenſi, filiàque Sidonia Alberti Saxoniæ ducis (dextræ Imperii)

Obſervantia Bohemica.

uxore. Quæ omnia fundant & probant Hiſtoria mundi, inprimis vero Haiecii libro domui Auſtriacæ inſcripto, &c. Reverſalibus & juramentis Regis, cum aliis tum maxime continuatis á Ladiſlao rege ad Ferdinandum II. *N.* 6.*N.*7.8.*lit.A.N.*13.14.15.62.64.*&c.*

Privilegia Bohemica. Secundò privilegia proferunt antiquiora Auſtriacis. 1. Sobieſlai regis ſtatuta ſive confirmatio anni 1135. de Electione eſt, 2. Philippi Imperatoris ſive potius confirmatio ut volunt conſuetudinis regni, anni 1200. *deduct. fol.* 55. *& paſſim.*

Praſcriptio. Tertiò, Friderici II. Imperatoris confirmatio, 1. expreſſe regiam dignitarem erconferens quicunque à Bohemiæ ſtatibus fuerit electus in regem, de anno 1212. *N.*16. 2. confirmatio electionis Wenceſlai Bohemiæ Regis, 1216. *N.*1. 3. inveſtitura eidem Wenceſlao à Friderico II. facta, anni 1231 *N* 17. *extat deduct.* Cum ſubſequentibus inveſtituris, confirmationibus Cæſareis Vt; Richardi Imperatoris (expreſſe diverſitatem in feudo Regni Bohemiæ & Auſtriæ ducatu cum Marchionatu Stitiæ, in eadem inveſtitura, priori omittendis, poſterioribus apponendis legitimis hæredibus, ſecundum jus Imperii ſucceſſione conſtituta, ſacientis.) *N* 2. Rodolphi I *N.*18. Caroli IV. *N.*11. Friderici III. Imperatoris confitmatione privilegiorum, *N.*20. & novis ejuſdem privilegiis. *N.*21. Ferdinandi I. *N.* 38. Rodolphi II. Mathiæ Imperatoris. Vt paſſim in d. deduct & inferius amplius videre eſt.

Caroli IV. declaratio. Quartò, Ipſa Bulla Aurea Imperii à Carolo IV. cum ſtatibus Imperii condita, *cap.*7. diſcrimen ſucceſſionis in Electoratibus Secularibus & regno Bohemiæ, Iure Electionis in caſu vacationis, juxta privilegia & obſervatam conſuetudinem diuturnam á divis Imperatoribus obtenta, expreſſe excepto, conſtituens.

Tandem

Tandem dictam declarationem Caroli Quarti (1348.) ante factam pro ſuo fundamento allegant, utpote abrogatam eodem die, & ipſa Bulla Imperiali octennio pôſt; inde non ſucceſſionem ſed electionem primam obtinere & per retorſionem vacantiæ in aliis quibuſcunque caſibus, ut ſupra dictum, concludunt. *fol.56.N.19.*

Exemplo aliorum Regnorum Electivorum, ut Poloniæ, &c. ubi continuatio familiæ alicujus multo temporis ſpatio reperiatur. Imo ipſius Imperii Romani, dum ibi novem Imperatores ab Alberto II. Imperatore ad Ferdinandum II. præſentem Imperatorem ordine per electionem ſucceſſiſſe reperiantur. *deduct. fol.24.*

Palatini Scriptores duo fundamenta Regni electivi addunt. 1. Ab abſurdo, ſi jus Electionis ſaltem reſtringeretur ad defectum omnium Caroli Quarti deſcendentium, durante hoc mundo, caſum Electionis non uſu venturum, &c. 2. per receſſus Imperii. Plures rationes vide Informat. ad Cancell. p 1 cap 6.

Atque hæc de utriuſque fundamentis ſuccincte quam fieri potuit, prolixius paulo, ut in ſubſequenti concluſione, quod cauſæ omnis nervus hic videbatur intendi. *Votum.*

Hæreditarium, primo omnium opponimus Electivo pro intellectu utriuſque partis. *Hæred. Iur. fol.19. & ſupra dicta* nec accipimus de feudo hæreditario (mere) ut in jure feudali, de quo inferius mentio fiet.

Mirum vero videtur, utriuſque partis argumenta ex eodem fere fonte juris & obſervantiæ, ut privilegio Friderici Secundi Imperatoris & primæva regni Bohemiæ obſervantia, imo ex ipſa lege publica Imperii Aurea Bulla cap.7. quæ ad utrumque ſe refert, & regni ipſius conſtitutionibus, utrinque hauriri.

Aut igitur eadem ſunt (ſenſu) aut diverſa.

Prius videntur innuere Auſtriaci *Imper. Ferdinand II. in formula proſcriptionis Frid. V. d. § ſie als Vnſere. & Iure hæredit. per tot.* Et, juxta horum intellectum & effectum, Reliqua, ut declarationem Caroli Quarti, (præſuppoſito Rodolphi I. Imperatoris privilegio cum confirmationibus æque *d.* §.) diſpoſitionem Vladiſlai regis Bohemiæ, Reverſales Ferdinandi I. poſteriores, cum conſtitutionibus Regni conſequenter intelligenda.

Poſterius ſeu diverſum ſentiunt Bohemi; in eo quidem conveniunt, jus regni cum obſervantia perpetua & privilegium Friderici Secundi cum Bulla Aurea Imperiali, *c.* 7. eadem eſſe, & ad illa, ut dictum, æque ſe referunt.

Quoad reliqua, Declarationem Caroli, Vladiſlai ſcriptum, Reverſales, Novas formulas juramenti officialium, & ſingula, conſtitutionibus ſeu tabulis regni probati argumento negativæ arctatæ loco & tempore, ut ſupra videre fuit, pluribus & in jure & facto contradicunt. *deduct. N.* 37.

Alterutrius veritas, imo jus utriuſq: (præſuppoſitis facti quæſtionibus, vel reſervatis,) mox perſpicuum, & quæſtio unica erit, Quale jus regni ſit? videlicet per privilegia, leges fundamentales regni & imperij & obſervantiam.

Intentio Auſtriaca ex ſuperioribus videtur in tribus hiſce ſubſiſtere qualitatibus. 1. primo in hæreditatia ſive ſucceſſionis legitimæ, (ut Jure Hæred inſcribitur.) 2. & quidem fæminina ſimul. 3. ſucceſſorio ordine, ut in reliquis Electoratibus ſecularibus. *Iure Hæred. fol.* 14. *&* 15. *& conſequentia fol.* 46 Mixta tamen qualitas liberæ Electionis conceditur unico caſu quo hæres non ſupereſt. *d. locis f.*

Bohemica rurſus intentio in unica Electionis liberæ per mundum qualitate; vel poſito, in ſanguine regio ſaltem eſſe, liberæ tamen & hoc caſu.

In

Google

In hypotheſi ſanguinem regium in una adhuc Auſtriaca familia conſervari aſſeritur, gradus non adponitur proximitatis, &c. *Formul præſcript. ab Auſtriacis Iur. hæred fol.* 45. Ius tamen ſanguinis utrobique enixe intenditur.

Bohemi cum Friderico Quinto, ratione hypotheſeos, æque tam Electionis intuitu liberæ quam (expreſſa reſervatione juris) mixtæ poſitæ in ſanguine regio, liberam eſſe; utroque caſu jus Friderici Quinti firmum; uxoris ejuſdem ratione poſterioris & primogenituræ validum, contendunt, ut ſupra dictum.

De contradictione intentionum abunde ſupra de Electione demonſtratum. quæritur amplius, cui probatio incumbet?

Ratione ipſius proceſſus ſupra dictum, *p.* 1. Ferdinando Secundo.

Ratione rei ſive objecti ipſius regni Bohemiæ feudi Imperij (utriuſque confeſſione non dubia) æque videtur Ferdinando Secundo Imperatori injungenda probatio. Ratio: 1. Quia datur, feudum imperij eſſe Electivum quoque, unico caſu familiæ defectus. Electivum ergo eſt. jam juris communis eſt, qualitatem peculiarem alleganti probandam. *l. non ignorat C. de his qui accuſ. poſſ. dd.* Eò magis hic quod ab eodem producta Bulla imperialis C. 9 teſtetur Electionem. Ergo qualitas peculiaris Ferdinando Secundo probanda. 2 Ob præſumtionem juris quod feuda dignitatum non ſint hæreditaria, niſi inveſtitura ſpeciali ſive pacto. quod probandum, de quo poſteà 3. Ratione ſecundæ qualitatis Auſtriacæ, fœmininæ nimirum. *textus in terminis extat. 2. feud tit. 2. §. præterea 5. Item ſi in fin. ibi: per pactum ſpeciale*: veluti de filiarum ſucceſſione. & ſic per conſequentiam ratione tertiæ qualitatis Auſtriacæ ordinis ſucceſſionis Ferdinando II. probatio imponitur.

Hinc

Hinc Bohemi cum Friderico Quinto rationes illas legis publicæ,&c confeſſiones Auſtriacas ſecundum quid, & jus feudale duplici reſpectu, ut dictum, pro ſe habent.

Ferdinandus Secundus probat privilegiis,ut dictum,& Bulla ultima Caroli Quarti imperiali anni 1356.(aliter enim de legibus fundamentalibus imperij & electoratuum nihil producitur.)omnia,ut dictum,eo referuntur.

Quæritur de ſenſu genuino?

Electionem hic accipiunt Auſtriaci ubique,ut dictum, de caſu defectus prolis regiæ,ſtricte, vel late;de receptione,ut in hæreditariis principatibus, abuſive uſurpatur.

Caſus vacationis controvertitur pariter,quando ſit?

Hi aſſerunt,poſt defectum tantum ſanguinis regii proprie.*Iur.Hæred fol 16.argumento d.cap 7.*

Bohemi electionem de electivo regno intelligunt, & caſum vacationis de omni vacatione quocunque modo ſive morte ſive reſignatione ſive abdicatione regis, uti colligitur undique ex actis, & ſupra dictis.

De unico ergo vacationis caſus ſenſu vero quæſtio remanet.

Non opus erit utriuſque argumenta ex verbis & re ipſa ſeu actionibus hic repetere. Perpendamus paucis fundamenta,ex privilegijs & obſervantia perpetua, ut eo melius conſtare poſſit de ſenſu Bullæ imperialis ad utrumque ſe referentis & confirmantis.

Sumamus primo loco antiquiora privilegia, quæ Bohemorum ſunt. Sobieſlai per conſtitutiones regni allegatur, ut dictum. Imperat. Friderici II. antiquius erit, confirmans patris Philippi inſtitutionem, *ut loquitur N.16. deduct.* & ut quidem (uti æque in ſubſequenti confirmatione Wenceſlai electi regis & inveſtitura verba electionis clara) ſenſus etiam per ipſum actum(*nam ſi hæreditario patri*

ſucce-

ſuccedebat, ſane non electione, minus ejuſdem confirmatione opus fuerat) non dubius videatur: Quia tamen tam hic quam Bulla Imperiali *c. 7.* verba Electionis, Vacationis, liberæ voluntatis & petitionis aliter, ut dictum, ab Auſtriacis, & ita quidem limitantur, ut ubique petitio principij & quæſtio principalis dubia, *Regnum hæreditariumne ſit an Electivum?* remaneat, obſervantia æque (ut dictum, & pluribus ſequetur inferius) in modo ſucceſſionis in contradictione ſit: videndum unde tandem certitudo aliqua petenda? Idque ex ipſa natura rei ſeu objecti, feudo Imperij videlicet; (dictum eſt.) Hujus qualitas ergo (ut tritum jure feudali) ex inveſtitura prima deſumenda, quæ ante Fridericum Secundum Imperatorem apud acta non extat; qua deficiente igitur ad loci ſeu regionis conſuetudinem hic jus Regni revocandum. quod, uti videre eſt, cum hactenus ſimul controvertatur; 1. obſervantia primæva cum privilegiis regni: deſcendendum merito tandem ad jus feudale antiquiſſimum & primævum Imperij.

Eo feuda primitus fuere arbitraria, ita ut dominus feudi potuerit pro libitu vaſallo feudum auferre. Deinde temporanea, 1. unius anni facta ſunt. poſtea perpetua ſive ad vitam fidelis; Vlterius progreſſum eſt ad ſucceſſionem filiorum: Tandem ad nepotum, tempore Conradi Imperatoris: & tandem ad ulteriores gradus in infinitum uſque. nempe ratione deſcendentiæ primum acquirentis. 1. *feud. 1. §. 2. Et quia §. Cum vero Conradus. per tot.* *Feuda*

Exceptis feudis dignitatum; Marchiæ, Ducatus, Comitatus, vel alicujus regalis dignitatis ibi non eſt ſucceſſio. 1 *feud tit. 14.* verba ipſa, *Hæres enim non ſuccedit ullo modo niſi ob Imperatore per inveſtituram acquiſierit, non obſtante aliqua conſuetudine ſeu uſurpatione. ait tit. 3. in fin. 1. feud.* *Exceptio.*

Feuda ergo dignitatum (ſeu Majora Imperij, quæ vo-

cant) certam habent naturam, & perſonalia per ſe ſunt conſequenter feudum Bohemiæ quoque Vt in alijs olim ſimilibus. Videndum, an mutatum ab Imperatore.

Friderici II. Imp. privilegium, ut dictum, clare loquitur de omni rege electo, ut ſaltem regalia debito modo ab Imperatore accipiat. atqui omnes reges, ſive ex ſanguine fuere ſive non, regalia ſive inveſtituram ab imperatore accipere, ut conſtat ex ſupra allatis, etiam inveſtituris & confirm. extante Friderici III. Imperatoris. *N.* 20. habebant. Eò minus dubij eſt quod ipſe Ferdinandus Secundus ſe fundet (ſuo Banno) inveſtitura Cæſarea. Ergo neceſſario præſupponitur ubique Electio; per conſequentiam ſtatuti. Et ubicunque alterum, alterum eſt præſupponendum; & per conſequens etiam Vacatio ubi Electio. ex privilegio Friderici II. ex obſervantia ejuſdem, & Ferdinandi Secundi confeſſione, per inveſtituram conſequenter.

Confirmatione Wenceſlai, *N* 1. nil quicquam mutatum, in verbis, *ut pateret, prædeceſſares ſui, &c.* nec ulla alia inveſtitura alterata, ut dictum ex allatis. 2. inveſtitura poſt Wenceſlai, *N.* 17. non plus, quia utrinque fatentur partes, nihil mutatum à Friderico II.

Verba autem, *tanquam primagenitis*, urgentur pro cauſa ſua ab Auſtriacis; item verba, *regna paterna.*

Prioribus ſolutio ſit, vocabulum *tanquam* eſſe notam improprietatis; aliàs varie ſumi. Et hic ad ſignificandam perſonam regis uſurpatum demonſtrative. *Primagenitis* item vocabulum, nec id novum eſt. In Imperij publicatione Electionis imperialis proclamatur Rex ſeu Imperator electus ex quacunque familia fuerit tanquam (demonſtrative) hujus vel illius familiæ dux, princeps, comes, &c & tamen non importat ſucceſſionis neceſſitatem ſed ſupplet demonſtrandi particulam. Hic minus ſequitur, cum in

confir.

confirmatione Electionis à Friderico II. facta ad electionem Bohemorum, confirmatio ſit & inveſtitura Wenceſlai dicti remiſſa ad primam confirmationem, contrarium fieri per inveſtituram ſubſecutam tacite. Nam prærerquam quod expreſſe de hæredibus inveſtiris non agatur, feudum ſimul cum omni jure quo pater ejus idem Regnum rationabiliter noſcitur poſſediſſe, ſaltem conceſſum ſit

Verba, *paterna regna*, minoris efficaciæ videntur, ob argumentum à conjugatis vel potius Etymologia affirmativum, vel ut IC. loquuntur, præſumtionem leviorem quæ juris præſumtionibus nedum veritati cedit. *l. fin. & ff. de eo quod met. ca.* Poſſumus enim dicere, munus vel locum paternum alicui conceſſum abſque neceſſitate hæreditatis, quando forte quis in locum patris ſufficitur; latius inde patet vocabulum.

Imo poſſent conrraria argumenta de beneficio non patris ſed Imperatoris liberalitate deſumi, item quod Imperator Fridericus II. concedat, ſicut tenere debeat ab Imperatore & Imperio, inde depromi.

Speciales rationes Auſtriacæ de Fridetici Secundi Imperatoris privilegio, ex fine quod in gratiam Ottocari Regis datum fuerit, 2. quod ſui hæredes expreſſe nominentur, ro inſpecta leviores ſunt.

Prius enim aliter ſe habet, & ſermo fit de univerſæ gentis Boëmorum ab antiquo tempore obſequijs erga R. Imperium. *N 16.* & præclara obſequia devotionis prædicantur prius univerſæ gentis; pòſt ſubjiciuntur Ottocari Regis. *N. 19. deduct.*

Poſterius ita eſt, & bis nominantur hæredes expreſſe, non tantum ad exemtionem à Curia, ſed ante in inveſtiendo Epiſcopo. *d. N. 16. 19.*

Reſponſio. Sufficeret hic, nihil mutatum per privilegia & inveſtituras Friderici II, nec expreſſe nec tacite partium confeſſione iterata, feudumque in dubio perſonale eſſe præſumptione juris; ut de verbis non laborandum videatur: Sed ad majorem perſpicuitatem rei, & quia non modo in privilegiis ſed fere ubique hæredis vocabulum occurrit, videamus quomodo in jure aliàs, ſive theſi & hypotheſi ſumatur.

In jure in genere quandoque accipitur pro ſucceſſore. *l. hæredis* 170. pro bonorum poſſeſſore. *l. hæreditatis* 138. *ff de v. ſ.* Succeſſor & bonorum poſſeſſor etiam pro alio quam ſanguinis jure ſuccedente. *Inſt. de ſucceſſ. libert.* & alias varie. Imo ſucceſſor de quovis extraneo ſingulari. *l. quod ipſis* 143. *de R. I.*

Ratione regni Bohemiæ uſurpatum de ſucceſſore ſingulari videtur æque; ut hic in privilegio Friderici Secundi; cum in præcedentibus ſæpius ſucceſſores nominati poſt bis nominentur hæredes, & iterum ſucceſſores; & quidem eodem ſenſu nemo negarit. *N.* 19. confirmatione Electionis Wenceſlai appellantur prædeceſſores, ut dictum ſuprà. Imo Fridericus Tertius Imperator Vladiſlai inveſtitura *N.* 27. ſemper prædeceſſores, non hæredes appellat; unde conſequentia non neceſſaria eſt Auſtriaca hic. Aliàs regulariter in feudis vocabulum hęredis de maſculis tantum ſumitur *2. feud. tit. 33. § ſimiliter. v. profectò in fin. 1 feud. tit. 13. §. etſi clientulus. in fin. in feudis ubi eſt ſucceſſio.*

Vt ergo prima qualitas Auſtriaca non probatur hic, ſic nec ſecunda vel tertia neceſſitate conſequentiæ. nam ſi hæreditas non eſt tanquam ſubjectum, fruſtra eſt de qualitatibus ſeu accidentibus agere.

Regulariter etiam poſito feudo ſucceſſionis; feudum

nullum

nullum ad fœminas ſucceſſione pertinet, niſi pacto ſpeciali (ut Bohemi ſuperius obloquuntur, ad Vladiſlai diſpoſitionem. *In feud maſculino.*) 1. *feud. t.* 1. §. *hoc autem notandum.* 1. *feud t* 8 § *filia. & 2. feud. t,* 11 *v. proles.* 1. *feud. t.* 24. Vel non tantum expreſſo pacto ſed etiam tacito ſeu præſumto, quando videlicet ejus conditionis eſt feudum; idque duplici ratione accidere jure feudali colligitur.

1. Ratione primo acquirentis matris, quod feudum aliâs maternum appelletur. Et licet quidem ſucceſſionem ratam hic autument, *arg. tit* 30. *& 50. 2. feud. v. tunc enim filia matri ſuccedit.* ſecus tamen ibidem ſimul deciſum videtur, imo obſtare *tit.* 30. 2. *feud & 1 feud. tit.* 15. *v. ſed ſecundum*: ubi filij dicuntur ſaltem æquitatis ratione ſuccedere. Poſito hic, filias quoque, nondum probatur, feudum per fœminam acquiſitum vel acquiri poſſe, & hoc probato, videndum, an Friderico V. & conjugi, ut dictum ſupra, impedimento foret?

2. Altera ratio eſt ex natura ſeu qualitate ſervitiorum: 2 *feud tit.* 104. Exempli gratia, uti illa, In Gynæcæo vel comitatu uxoris domini feudi eſſe ſicut notatur à dd ad *tit.* a. *lib 2. feud.* §. *vel preterea.* Qualia hic ſervitia regni non videntur, in functionibus imperialibus, Electionis, Voti, Pincernæ, cum ſervitijs virilibus debitis; ut videre eſt dictis privilegijs Cæſareis & moderno Frid. III. Imp. *N.* 21. *dd* Cum jus feudale æque cum jure communi fœminas à muneribus virilibus repellat. *l. fœmina* 2. *ff. de R. I. & paſſim jure feudali d. locis & 2. feud. tit* 36. *in fin.* 2. *feud. tit.* 104. *in princ. in verbo decenter. & dd. ibidem. arg. Aureæ Bullæ. d. cap.* 7. 25 *& cap ultimo.*

Nec me movet quod privilegium Friderici Secundi voce maſculinitatis, *Quicunque*, utatur, & id in jure fœminis quoque adminiculo ſit, *l. ſi quis* 1. *ff. de V. ſ.* quia id in

E 3 feudis,

feudis, ut dictum, non procedit, & generaliter, quando lex obſtat, ut hic Aurea Bulla, in quæſtione eſt. & ſupra citatis locis hæc expreſſe filios nominat, non obſtante jure communi. *l.* 84.201.220 § *fin. de v. ſ.* In feudis enim expeditum id eſt, ut modo dictum. Ergo à reliquis Electoratibus ex Bulla (donec exceptio hic probetur, cum reliqui omnes maſculini ſint) argumentari liceret.

Nec feudi mere hæreditarij (de quo inferius ad pacta) hic conſideratio eſſe poterit.

Tertia qualitas allegata Auſtriaca ſive potius conſequentiæ primæ & ſecundæ (poſita quoque electione in ſanguine regio, libera tamen quoad individuum perſonæ regis, ex reſervata mente Bohemorum, ut dictum) Iuri feudali per dictas rationes repugnat, privilegijs Friderici II. non probatur, nec Caroli Quarti declaratione. Quod ad Bullam Imperialem & obſervantiam; in ſuſpenſo maneat, quoad de reliquis pactis, & prius privilegio Rodolphi I. hujuſque confirmationibus, pro utriuſque partis intentione, paucis, quid dicendum, attigetimus.

Rudolpi I. Imperatoris ſupra poſitum privilegium conſideretur in materialibus & formalibus; an diverſum ſit à Friderici II. Imperatoris privilegio nec ne? ut videtur, & tandem poſt omnia fundamenta & obſervantiæ denique perſpicuum erit.

Non ambiguum videtur, Rodolphum I, in favorem generi Regis Wenceſlai VI. ejuſque cum filia ejus hæredum certitudinem juris electoratus Bohemiæ, de antiquo ſive præterito, de præſenti & futuro, conſtituere & ex plenitudine poteſtatis ſupplere voluiſſe, præhabita indagine ſcrutinioque ſolerti; inquit ipſe. Num vero antiquitati & veritati conſultum fuerit? ut tunc quæſtio erat, ſic hodie eſt. interim non negatur, ut ſupra dictum, certitudinem ex

privilegio

privilegio Friderici II. Bulla Imperiali comprehenſo & ipſa Bulla petendam per ſupra dicta; & ſic eadem quæ illorum cum reliquis deciſio erit: etſi diverſitas aliqua hic facta fuerit Per Bullam Imperialem certitudinem rationeE lectoratus non tantum (ut hic Rodolphi I privilegium id ſaltem concernit) ſed etiam Regni ipſius, Auſtriaci patroni confeſſione habebimus *Bulla c.7.& 20 fol 16. Iur.hared.*

In formalibus ſive quæſtione juris dubia duo occurrunt: 1. quod nec ſcientia, minus petitio aut conſenſus ſtatuum Bohemiæ hic apparet in contextu. 2. quod quæſtio obvia ſit, ut ſæpius, Rodolphus I. quid in legibus fundamentalibus & natura Electoratus aut Regni ex clauſula plenitudinis poteſtatis invertere potuerit. Sed quia quæſtio illa ſæpius recurrit, ad Caroli Quarti declarationem, Ferd.I forte Reverſales correctas, & paſſim; ſolutionem inferius una vice ex iiſdem fere fundamentis & Capitulationibus Cæſareis ritè habebit.

Interim ſuperius à Bohemis allegata inveſtitura ejuſdem Rodol. I, Ottocato an. 1276. data de regno Bohemiæ, hæredum nullam facit mentionem, minus alicujus novitatis, ſed eorum, quæ ab Imperio in feudum obtinere de jure dignoſcitur, perpetuo (quod varie in jure ſumitur perpetuum ratione objecti, ut opponatur ei quod eſt ad tempus, in genere & ſpecie pro fine temporis ex lege introducto, imo quod anno terminatur. *Inſtit de perpet.& tempor.action in princ & fin.princ.de perſonalibus muneribus.* Communi quoque latine loquendi uſu, ut non fruſtra ob ſupra poſitas rationes feudorum temporalium adjectum hic dici poſſit) obtinendorum. *d.N.18.deduct.Boh.*

Nec item Rodolphus Imperator in cauſa privata Auſtriæ ſus acquirendæ propria authoritate feciſſe ſed publicis

blicis ſaltem comitijs quæſitaſſe legitur.

Nec ipſe Rodolphus hic ſe quid mutaturum præ ſe fert. Atqui poſito, hac confirmatione primam qualitatem Auſtriacam hæreditatis probari, dicti Wenceſlai VI. hæredes maſculos in filio Wenceſlao VII. defeciſſe in confeſſo eſt. *Iur. hæred. fol.* 23. atqui jus hæredum hic non aliter quam de jure feudali & natura, maxime reliquorum Electoratuum ſecularium, i de hęredibus maſculis, accipiendum foret, per ſupra dicta.

De jure ſiquidem filiabus ab ipſo Rodolpho, imo alio quocunque Imperatore tributo jure, ut ſupra dictum, nullibi conſtat, ut poſtea in ſubſecutis familijs in obſervantia clarius conſtabit, & ſimul de hujus privilegij obſervantia.

Et merito quæri poſſet, an hoc privilegio Electio quælibet etiam ſanguinis ſublata. Videtur hæc conciliari poſſe ut Electio ſit inter hæredes. Ordo ſucceſſionis ullo verbo non probatur ſive tertia qualitas Auſtriaca.

Et contrahamus pro hypotheſi, privilegium hactenus ex ſupra dictis, probatis duabus qualitatibus Auſtriacis abſque ordine ſucceſſionis, Friderico V. cum uxore non refragari.

Confirmatio hujus privilegij Caroli Quarti Imperatoris nihil novi tribuit. deciſionem ergo cum principali habebit, & quidem in favorem Regni; quod ipſe hic & in declaratione ſua ſæpius allegata regi præponit: nullus autem favor in perverſione naturæ Regni.

Ruperti I. Electoris Palatini confirmatio minus dubij & ne verbum quidem de Rudolphi I. privilegio habet, ac diverſum omnino ab eodem videtur. Teſtatur quidem, ab immemoriali tempore, jus Electoratus Bohemiæ Regibus competere ſicut cæteris tam ſpiritualibus quam ſeculari-

ſecularibus, ut ait, Electoribus. *dicto* §. 3. Nihil de jure hæreditario affirmat vel conſtituit, exemplum ſimul ſpiritualium aliàs noo quadraret: Nec ex vocabulis, *avis & progenitoribus*, neceſſarium jus hæreditarium elici poterit; cum ſaltem ratione facti ſive continuationis loqui videatur, & in fine verba progenitorum & prædeceſſorum Regis expreſſe coojungat.

Merito ergo non præſumendus etit confirmaſſe Rodolphi I. privilegium, non tanquam elector qui anno 1290 nondum in rerum natura fuit, ſin pòſt 1356; vel tanquam Elector vel vicarius Imperij, uti ex inſcriptione patet. Quicquid teſtatus eſt de antiquitate: id non publica authoritate, vel non ita publica, ut Bulla Imperij eodem anno coodita, unde, ſive ab ipſa veritate cum reliquis declarationem rite ſumet, miousſimul Friderico V. obſtabit, pet dicta & dicenda.

Declaratio Caroli Quarti ſæpius allegata, & ipſa Imperij Bulla poſt obſervantiam; hæcque poſt reliqua utriuſque argumenta magis perſpicua erit.

Pergamus ad pacta & conſtitutiones Regni, &c.

Vladiſlai diſpoſitio ſeu declaratio, ut Ferdinandus II. *Vladiſlai diſpoſitio.*
Imperator vocat, ulterioti deciſione non videtur indigere quam ipſa juta & privilegia Regni, ad quæ ab Auſtriacis, ut dictum, refertur. quia tamen à parte Auſtriaca admodum urgetur præter ſuperius allata pro & contra informalibus & materialibus; res paucis perpendeoda. Sed quia juris Regni qualitas controvertitur, ut dictum, diſpoſitio æque pro alterutrius intentione ſaltem intelligenda venit.

Pro Auſtriaca intentione utrinque accipitur. Bohemi enim relationem hic ad privilegia de declaratione Caroli Quarti accipiunt, licet jus hæreditatis de Friderico II. &

reliquis *ſ.d.locu.* deduct.Boh.*fol.*120.ex ſenſu Auſtriaco.

Videtur quidem & hic conciliatio eſſe poſſe pro intentione Bohemica, ut Ludovici regis libere electi hæredes accipiantur de maſculis, ſalva electione inter illos Bohemorum,& ſic excluſo ordine ſucceſſionis: Annæ perſonæ hæredes (priori caſu ſaltem) non ſubjiciuntur; & ſic de ipſius ſolius perſona vel potius mariti ſtatuum conſilio reſervati,ut ante in Iohanne Lucenburgico, non hæredibus Annæ hic ſimul, expreſſe non ſunt, tacite comprehenſis explicari poſſet.Nec obſtat vocabulum hæredis perſonæ Annæ appoſitum, per dictas rationes ſuprà, quoad ipſam, & quoad ejus deſcendentes,ut item Vladiſlai,qui hac diſpoſitione ſuis deſcendentibus videatur proſpexiſſe:*text.ex præf.2.feud.tit.*18.quia textus loquitur de feudo novo, & ubi fœminæ ex pacto veniunt, ulterius duo diverſi ibidem acquirentes fratres fuere. Hic non eſt talis inveſtitura,ſed vi diſpoſitionis, quæ tamen de fœminis præter Annæ perſonam pactum non baberet. Non poteſt ergo dici feudum novum. Ratione Annæ pactum expreſſum non eſt de hæredibus ejus. Imo hic eſſet potius idem acquirens primus Ferdinandi II. & Friderici V. Albertus tiempe II.Imperator, ex cujus filia ſecunda Eliſahetha, ut dictum,litigantes progeniti.

Nec de jure communi omnes contractus tranſeunt ad hæredes, ut tribus caſibus notatur à Dd. 1. ratione objecti,quando natura rei id nonpatitur,uti in uſu fructu, hic in feudis dignitatum. 2. ratione efficientis, quando perſona vel ejus induſtria electa, (& privilegia perſonalia, *l. privilegia* 196.*de R.I.*)ut hic perſona Annæ reſervara ſimul, vel potins perſona marin, uti dictum. 3.fine,quando non aliter conventum ſit,ut hic;quod ex præcedentibus pacto ad perſonamLudovici regis appoſitis liberę electionis vocabulis,

cabulis,&c.& ſubſequentibus,confirmatione privilegiorum ab Vladiſlao facta, *N.8.1.A.*& aſſecurationis, ipſo denique effectu ſeu eventu, caſu electionis exiſtente, *Gail.2. obſervat.2.N.*18, videre eſt.

Sed cum utrinque, ut ſæpius dictum, de conſtitutione hæreditaria accipiatur; pluribus non immorandum conciliationi,

In formalibus conſenſus ſtatuum & ſolennia deſiderantur à Bohemis, ut dictum *deduct. fol.* 128 quæſtio ergo an ſit, non expedita eſt; ut mox de conſtitutionibus Regni, & ſuprà.

Quo ad materialia, res expedita eſt de feudo hic; quod non valeat ordinatio. 1 *feud. tit.*8 *in fin.*& quod Vaſſallus vel conſentiente domino non poſſit in præjudicium agnatorum nec alienare vel mutare: ut ſi habeat ſibi & ſuis hæredibus, ipſe det alij ut habeat ipſe & hæredes ejus tam maſculi quam fœminæ 2.*feud tit.*34.§ *ſi mulier. V. profectò. in fin & 2.feud.t.* 39 *in princ. ibi: Nec in filiam poterit confirmare, & generaliter feudi conditionem deteriorem facere. 2 feud tit.*8.§.*è contrario. in fin.* videlicet abſque conſenſu domini & agnatorum, de quibus hic nequaquam conſtat. Ergo probanda ſunt. *l. aſſeveratio. C. de non num pec.* imo expreſſe negatur à Bohemis per inveſtituram Frid. 3. Imp. Vladiſlao datam. *N.*27.

Nec hic locum habebit exceptio feudi (mere) hæreditarij, id eſt, quod ad extraneos quoſcunque tranſit, quo cum compararetur Regnum Bohemiæ, (ſicuti hæreditatium Auſtriaci hactenus non interpretantur, ut dictum initio hujus partis ſecundæ) quod videlicet ita datum vel conceſſum; *cuicunque dederit*; & in verbis privilegij Friderici II, *quicunque electus fuerit à Bohemis*, eò quod tale feudum abſque voluntate domini videatur poſſe alienari.

2. feud. tit. 48. V. Reſpondeo : Is.

Reſpondendum forte, ibidem Vaſſallum hoc pactum habentem alienare hic proprie non Vaſſallo (Regi Vladiſlao) ſed ſtatibus Regni electionem liberam ut antiquitus conceſſam. Vladiſlaus ergo non potuit, dicunt Bohemi ſupra, transferre.

Non enim à matre habuit Vladiſlaus, ut objicit Auſtriacus, quæ á priſcis Bohemiæ principibus regibuſque deſcenderit, & recte atque ordine Vladiſlaum aſſumptum fuiſſe. *fol. 29. Iur. hæred.* Nam ordinem ſucceſſionis non tetigiſſe Vladiſlaum nec ejus matrem, videre eſt eodem folio 29. ſuprà, ubi inquit, ex juniori Ladiſlai ſorore Eliſabetha accerſitum filium. Ergo ordine excluſa fuiſſet primogenita cum progenie, quod abſurdum eſt, & per inverſionem poteſt dici, ex eodem fundamento recte atque ordine Fridericum V. potuiſſe aſſumi, licet non fuerit proximus defuncti Mathiæ regis, cum Vladiſlaus ordine excluſerit primogenitam, & hactenus ejus deſcendentes per domum Brandeburgicam electoralem, & quidem contra mentem Auſtriacorum qui jus primogenituræ aſtruunt in regno *fol. 15.* quicquid ergo habuit ex electione ſtatuum & inveſtitura, Imperatoris Friderici Tertij erit.

Et ulterius huc quadrant reliqua duo menbra d. textus 2. f. tit. 48. quando ait, *quocunque titulo datum, &c. jure feudi cenſeri*, ut ex his cauſis amittatur quibus & verum feudum & ultimum adhuc ſimilius videtur, ubi ſic datur, *& cui in feudum dederis*, tunc propriam naturam habere. Hic verba privilegio Friderici II. non diſſimilia ſuo modo ſunt, *quicunque electus erit, regalia debito modo ab Imperatore recipiat* & ſic recognitio Imperij confeſſioni expreſſe annectitur, & propriam naturam habet, & per conſequens non

poterit

poterit alienari, mutari, ſive contra naturam in filiam transferri. *per ſuprà dicta.* ſubinfeudans enim non poteſt. *d. tit. 39. & 34.*

Vitioſa ergo erit hæc diſpoſitio ex jure & privilegiis hactenus & nulla. Nequaquam ergo novum jus Annæ deſcendentiæ (Ferd. I. uxoris) contra dicta, ipſius Caroli IV. declarationem, imo ipſius diſpoſitionis conceptum, (ob Annæ hæredes non expreſſe ſed tacite comprehenſos,) & ſic arctius jus Auſtriacum inde probari poterit, & quidem in præjudicium Regni & reliquorum (poſito jure Electionis ſanguinis) Caroli IV. æque & Alberti Imperatoris, ut dictum, & Eliſabethæ deſcendentium. Ne vero quidem hactenus ipſa diſpoſitione; Caroli ſæpius dicta declaratione; & reliquis privilegiis Rodolphi I. &c. probatur ordo ſucceſſionis. ſiquidem ergo diſpoſitio hæc pro generali ſanguinis jure valebit, Friderico V. obeſſe non valebit; ſin novum jus ſtatuit, ut modo dictum, jam à reliquis diverſum & contrarium quid erit extra verba contextus & allegationem Auſtriacam.

Videtur inde hæc diſpoſirio, quoad legitimetur per probationem conſtitutionum, ut ſuprà, ſcriptura privata ſive actus inchoarus, non perfectus; quæ pro ſcribente, ut ita loquar, vel in antiquis eò minus probant, quod jura, privilegia, ipſiuſque ſcribentis atteſtationes, reverſales, juramenrum cum caſus exiſtentis contratiis effectibus in reverſalibus Frid. I. reclament, ut amplius in obſervantia inferius.

Nec Revarſales Ferd. I. Imp. dè anno 1545. hanc confirmare vel per ſe intentionem Auſtriacam ſtabilire potuerunt, quod nondum, ut ſuprà à Bohemis obtenditur, conſtet, priores 1526. legitime revocatas & ſublatas reliquas duas dictis locis extantes. *d. N. 37.* In allegato defectu for- *Reverſales 1545 Ferd. Primi.*

 malium

malium conſenſus ſive vis &c. non videtur ſatisfactum exceptionibus Bohemicis. Conſenſus primus non apparet ex antecedentibus reverſalibus, *N.13.* & ipſo actu armatorum comitiorum. *ſupra.*

Nec anno decimo nono poſt, 1545. habitis comitiis *N.* 37. Nec ratificatio biennio poſt. *Iur. hæredit fol.35. & 36.* Inquit author, factis conventiculis Bohemos concluſiſſe in præjudicium Regis, ratione liberæ Electionis quam ſibi de jure competere aſſeverabant. Imo articuli videntur convenientes Reverſalibus Vladiſlai. *N.8. lit A.* & ſic dependet à cauſa principali, & an armatis comitiis res expediri debuerit?

Nec ratificatio apparet ſed contrarium in domus Auſtriacæ ſubſequentibus actibus. *ſ in Reverſalibus & literis Majeſtatis Rodolphi II Mathiæ & infr de obſervantia.*

In materialibus omnino diverſæ ſunt à prioribus; his modus electionis liberæ tribuitur, illis jus hæreditarium Annæ, ut fatetur ſcriptor Iuris hæredit *fol.35. ſub fin.* Sunt ergo diverſæ toto genere & in mutatione perſonarum ſeu individuorum, prioribus eligitur Ferd. I, jusjurandum deſuper præſtat & reverſales, ut dictum; hic tribuitur jus Annæ.

Nec conciliatio Reverſalium eſſe poterit, ut Electio libera ſit Ferdinandi; receptio hereditaria uxoris Annæ. *fol.* 35. & quod Ferd. I. Imp. recipi approbatione Regni debuerit. ſi alludit ad receptionem in hæreditarius, ut fol. 8. hic non neceſſe fuiſſet receptio Ferdinandi I. ſi jus Annæ uxoris eſt. Vel veriſimilius refert ad diſpoſitionem Vladiſlai de marito conſilio ſtatuum Annæ quærendo; quod vix quadrabit hic, cum matrimonium ante caſum vacationis conſummatum. hinc approbatio fruſtranea, nec ejus forte cauſa divortium faciendum fuiſſet. *Iur. hæred fol.31.*

Inu-

Inuſitatum eſt, nec ante factum, tempore Iohannis Lucenburgici Regis & Alberti, &c. Imper. ſimul regis & generi Sigiſmundi.

Et, ſi priores ſublatæ ſunt Reverſales ad quid conciliatio? Æquitas aut iniquitas rei ex toto contextu in propatulo erit, & palam, jus novum & ſtrictius heredibus Ferdinandi I & Annæ, quam vel declaratione Caroli IV. vel diſpoſitione Vladiſlai, expreſſis verbis extrui, & ad Auſtriacos tantum coarctari; (licet nec hic certus ordo ſucceſſionis gradus, id eſt, primogenitura, &c. introducatur.) hinc jus hæredit *fol.* 45. ponit: quo perennior certiorque eſſet ſucceſſio quæ ante non fuiſſet; &, ſanguinem regium in una domo Auſtriaca adhuc conſervari quod falſum eſt per ſupra ad oculum demonſtrata.

Concluſionis loco hic ſit: Ferdinandus I. id jure facere potuerit. Videtur diſtinguendum ratione diverſarum dignitatum. Tanquam rex Bohemiæ (electus) non potuit, ut inferius pluribus (& ſuprà) patebit, confeſſione Auſtriaca; quoque Iur. hæred. *fol.* 40. *in fin.* Rex abſque ordinibus Baronum & Nobilium legibus addere vel demere non poteſt. Num vero tanquam imperator? reſervetur deciſioni inferius, ut ſupra ſignificatum, ponendæ.

Et finaliter, quod ad declarationem Caroli IV. & Vladiſlai diſpoſitionem ſe referant; inde ſolutionem ſumant, & Friderici privilegio *fol.* 35. *Iur hæredit.*

Conſtitutiones jam Regni *d. N.* 37. in contradictione utrinque videntur, in facto igitur non eſt expeditum. interim prolata verba *fol.* 36. *Iur. hæred.* ad Auream Bullam (ſine mentione, quæ ſit, veriſimiliter declaratio eſt) Caroli IV Vladiſlai majeſtales literas, & reverſales anni 1545. reſtringuntur, quod juxta illa erga hæredes Ferd. I. ſtatus ſe gerere debeant, ut ſuprà. *Conſtitutiones Regni.*

Aut

Aut igitur jam conſtitutio pro confirmatione ſuperiorum vel per ſe ratione novi juris vel fundamenti hæredum profertur. Priori caſu, ut dictum, novi quid arctioris vinculi ſapit quam vel declaratio vel diſpoſitio Vladiſlai: poſteriori æque; & ſolutionem accipit præter dictas æ-morum circumſtantias, cum modo recenſitis Reverſalibus, quod omirum juri & privilegijs Bohemicis hactenus repugnet. Num vero ratihabitione ſubſequentique obſervantia valideturꝰ pluribus dictum ſupra, & amplius infra ex obſervantia apparebit, præterquam quod Bohemi Reverſales regias non jactent modo, *Iur. hæred. fol.* 37. ſed, ut ſupra videre fuit, ſimul producant.

Iuramenta officialium. Iuramenta officialium hinc non melioris conditionis apparent quam fons ipſe unde promanant, à Bohemis contradicta cum collatione antiquorum formulis. *deduct. N.* 41. & per conſequens non majoris effectus quam ipſa cauſa cujus effectus ſunt, &c. Burgraviorum enim expreſſe ſe refert ad conſuetudinem, jus & privilegia regni Bohemiæ. *fol.* 47: ſicuti fere omnia privilegia & actiones recenſitæ.

Obſervantia Regni. Videamus ergo de obſervantia tanquam de altera baſi Bullæ Aureæ Imperialis, c. 7. & utriuſque partis fundamento non poſtremo. declaratio ſimul privilegiorum, Friderici II. Rodolphi I. Friderici III. Imperatorum, Ruperti Electoris Palatini, confirmat.

Partes in narratione temporis, perſonarum ſuccedentium, parum aut nihil ad rem variant; in modo ſuccedendi toto cœlo diſtant. & Auſtriaci, ut dictum, tribus argumentis cardinalibus, 1. continuationis, 2. dictionis Hæredis, 3. diſſidiorum de regno & violentiæ.

Quoad primum: ratione modi ſucceſſionis in contradictione ſunt penitus. Per primam domum Primiſlai aratoris ad ultimum ex familia Wenceſlaum ſeptimum Ro-

dolphi I.

dolphi I. Imperat. nepotem, & ſic maſculinam: deinde per fœminas (ut ajunt Auſtriaci *fol.* 18.) ejuſdem ſanguinis regia dignitas in poſteros tranſmitti cæpit: & *fol.* 44. per ſanguinis connubium.

Hinc três familias ſucceſſive enumerant *Iur. hared fol.* 44. Lucenburgicam, Auſtriacam, Polonicam. Quatuor revera ſunt, *fol.* 25. In Ferd. I. enim Auſtriaca de novo recurrit *adacta & fol.* 24. In majori vero alteratione in reliquis domibus regijs.

Et primo, ratione Lucenburgicæ. feudum enim per Iohannem regem, aut eius uxorem in hæreditatis & ſexus qualitate alteratum non apparet ex Johannis electione; (Bohemi teſtantur per Dubravium, *fol.* 28. *deduct.*) nec uxoris ratione: quis enim ordo ſucceſſionis fuiſſet in filia tertia? excluſis ambabus ſororibus ætate illam antecedentibus *ſupra*.

A filio Carolo IV. quoad obſervantiam, Bohemi negant mutatum; dicentes, diſpoſitionem à Iohanne Rege inter liberos prius notificatam ſtatibus, & publicis comitiis ratihabitam, anno 1341. *deduct fol.* 30.

Auſtriaci contrà, hunc & filios eiuſdem Wenceſlaum & Sigiſmundum hæreditario iure ſucceſſiſſe. *hared. Iur. fol* 25. producunt ſimul diploma Sigiſmundi.

Sigiſmundi violentiam & abdicationem cum cauſis Bohemi obiectant. *N.* 43. Auſtriaci hic parum variant *fol.* 26. Bohemi replicant, ubique ſe ius Electionis exercuiſſe, & bello ſe defendiſſe ab anno 1420. ad concordata 1436, *deduct. fol.* 32.

Albertum Auſtriacum à Sigiſmundo Imperatore non commendatum modo, ſed teſtamenti ratihabitionem fruſtra quæſitam, aiunt Bohemi *deduct fol.* 33.

Auſtriaci dicunt, filium adoptaſſe, hæredem conſti-

fuiſſe Albertum, idque totum ordines probaſſe. *fol. 23. Iur. hæred.* Bohemi Electionem probant Dubravij teſtimonio & Alberti confeſſione. *deduct. fol. 32. & 33. & 34.* imo teiteratam Electionem medio concilij Baſilienſis *fol 34 in fin.* Ladiſlai jam Alberti filij, ſucceſſoris hujus Bodiebradij, hujus Vladiſlai & filii eius Ludovici Regis cum Ferdinandi I. & ſeqq teverſalibus, verbis expreſſis, ut dictum, Bohemi Electionem conteſtantur; ubi nullus ordo ſucceſſionis apparet.

Erhæc de varietate utriuſque: veniemus ad ipſa Auſtriaca tria argumenta. 1. videtur præſumtio hominis, non juris: & recte quadrant exempla Imperii & Poloniæ per inſtantiam ſolutionis: Ratione Poloniæ maxime, quæ ſit eiuſdem originis & temporis Natio, pet Hiſtoriam. 2. ſit Regnum electionis. 3 viciniæ. Et reperiri continuationem Poloniæ in Piaſti familia ultra quingentos annos, Iuſtotia notat.

Primum de Imperio expeditum eſt. *capituli art. 34.*

Secundum argumentum dictionis hæredis in facto & jute conſiſtit.

Factum. Ab Auſtriacis in ſpecie nominantur quatuor actus ſeu diſpoſitiones; quarum una formula non extat.

1. De Sigiſmundi genete aſcito (ut loquitur jus hæred. *fol. 27.*) Alberto Imperatore filio adoptato & hærède conſtituto: idque totum ordines probaſſe addit.

2. Ceſſionis Sigiſmundi Wenceſlao regi fratri de regno cedendo fratri tertio Iohanni Marchioni factæ, *fol. 25.* non ratihabitæ tamen à Bohemis. *fol. 26.*

3. Vladiſlai conſtitutio ſupta poſita, *fol. 29.* neutiquam reclamantibus ſed approbantibus ordinibus, *fol. 31. Iur. hæred.*

4. Codicillus Ferdinandi I. quo teſtatum reliquerit hoc

hoc ius hæreditarium *fol.38.hæred.Iur.*

Solutio fere ubique appoſita eſt. 1. Sigiſmundi ceſſionem non ratam habitam, conſtat confeſſione allegantis, *fol.26.* præter ſuprà dicta de pactis. 2. Alberti per electionem ſucceſſionem fuiſſe, ſupra dictum; & approbationem ſtatuum æque apponunt Auſtriaci, ſin tacitum & de actu hæreditatis intelligunt: Bohemi expreſſe contrarium iterata electione comprobant. *per ſ.* 3. Vladiſlai actus conſenſum allegat ſtatuum *& vide ſuprà.* 4. Codicilli Ferd. I, eſt notificatio liberis facta ratione Reverſalium, & ignorantiæ veri fundamenti Regni in prioribus Reverſalibus. dependet ex ſuperioribus ergo, & allegata ejuſdem toties iterata confeſſione & jureiurando.

Quid de Iure iam dicendum? præterquam quod conſenſus ſtatuum utrinque allegetur. Aut erit cauſa teſtati aut inteſtati. *Iur.*

Priori caſu ratiocinatio talis erit: Nulla ordinatio valet in electivis, hic ſunt diſpoſitiones dictæ Ergo non erit feudum electivum. Maior ſimpliciter quidem vera ſeu in theſi videtur; limitatur tamen minor per ſupra dicta, ex contradictione partim, partim ex conſenſu ſtatuum. & potius per inverſionem dici poſſet, Ordinatio facta eſt, ergo non eſt feudum: ratione conſequentiæ ex Iure, *1.feud.d. tit.8. in fin* A contrario ſenſu ergo hic falſum eſt argumentum ob ius contradicens. feudum enim eſt: an electivum ſit? in quæſtione eſt. & ſequeretur quod non debuiſſet fieri diſpoſitio.

Inteſtati neque eſt: quia nullubi, ut dictum, ſucceſſionis ordo, lineæ aut gradus, apparet: atqui nequaquam fit ut in hæreditaria ſucceſſione frater vel agnatus quiſpiam ſuccedat liberis excluſis: imo ut, mutata linea ad gradum uſque ſive generationem decimam circiter, (quia Stoi-

 miri

miri ex Libuſſæ primogenita ſorore deſcendentis genealogia non extat) ſicut in Stoimiro ſive Stugimiro, ut Bohemi *dd. fol.* 10. eum appellant, factum, quiſquam proximiores defuncti jam vel abdicari excludat. *Iur. hæred. extat fol.* 20. Stoimitus, & alia exempla lineæ & gradus, paſſim, fol. 21. 22. extant.

Nec mixta forte erit contra jura.

1. Nemo enim ex parte teſtatus eſt ex parte inteſtatus decedit. *l. jus noſtrum. de R. I.*

2. Quod nulla ſimplicium quadraret, ut videlicet diſponatur inter proximos ob jus primogenituræ allegatum ab Auſtriacis: Vel ſi majoris cautelæ loco ſaltem eſt, ordinem tamen & validitatem ex Bulla Imperij non exceſſione ſeu diſpoſitione & ſic nec conſequentiam alicujus præſumtionis haberet. Exceptio feudi hæreditarij nulla eſt *per ſupra dicta.*

3. Argumentum Cardinale à diſſidiis & vi. quæritur æque quid de facto & jure dicendum?

Primo diſſidia & factiones accidiſſe quandoque, quenquam expulſum, alterum abdicatum à ſtatibus ipſis, excæcatum alterum, & ſuffectum alium, Hiſtoriæ utrinque allegatæ annotant. Si ergo caſus extraordinarii & contra fas, nihil faciunt contra jura. *l. quod contra* 142. *de R. I.* ipſius authoris Auſtriaci judicio, hic in ſecundo argumento vim excipientis *fol.* 23. Sin jure; juxta jura Regni & facta erunt: de quorum ſenſu ratione cauſæ principalis jam lis eſt, & inferius clareſcet.

Diſſidia autem & cædis diſpoſitiones in regnis tam electivis quam hæreditariis, ſin forte illis crebriores quam his, reperiuntur, imo faſque nefaſque, tam vicinis Bohemiæ regnis & aliis principatibus quam ipſo Imperio. Rem declaret exemplum Iulij Cæſaris, & aliorum mox & ul-

terius

terius inſequentium, furore inprimis militum ſubrogatorum, mox jugulatorum, aut remororum, cum ſumma rerum orbis, ut ille loquitur, ab armata paucorum temeritate pendebat, &c.

Ipſe Scipio Africanus non rex ſed dux militum præſtantiſſimus, virtute ad honores evectus, impias propinquorum manus effugere non potuit.

Imo forte minus periculi videtur quando per naturam rex ſive ſucceſſor certus eſt quam per electionem ſeu ſuffragium multitudinis: & ſic contrarium potius inferri poſſet, majorem diſſidii materiem in electivis eſſe. Non ergo nec præſumtio hominis de jure appellati minus alicujus probationis exiſtere poterit.

Ex quibus tandem liquet:

1. Tria dicta obſervantiæ argumenta Auſtriaca leviores præſumtiones in jure eſſe: contra jus primævum ex præſumptione juris deſumptum, & quod ad jus ipſum exempla & actus regulentur, ut inquit Author Iuſt. Imp. *propoſ. 9. fol. 9. ſub princ.* imo contra veritatem, per allegatos utrinque authores.

2. Ex confeſſionem eatenus partium, ut item de ſucceſſione conſenſu ſtatuum facta ſanguinis & aliorum regum, non valere, ſed omnia pro primævo jure facta, & nullam mutationem de Iure præſumi.

3. Nequicquam ulterius per dictam continuationem, præſcriptionem aut per reliqua argumenta inferri. 1. ob defectum poſſeſſionis, quam nemo ſibi ipſi mutare queat, 2. malam fidem ob juramentum & reverſales. 3. ne quidem tempore immemoriali; ob interruptiones ad quemvis actum, non modo vacationis cujuſcunque Regni, & quod, non in uno Bodiebradio exemplum extare & unam hirundinem ver non facere, objici queat, *Iur. hæred fol. 46.* *Præſcriptio nulla*

 ſed

ſed in tot caſibus vacationis & electionis actus extraneorum concurrentium quotquot extant ſimul Electorum, ut dictum de Alberto II. Imp. & iterata Electione & aliis, expreſſe Ferdinandi I. ubi concurrentes Bavariæ duces ambierint Regnum; (quod Friderici V ſcriptores notant ubique contra Bavaricum exemplum, *formula proſcript.* ab Imperat. Ferd. II. prolatum.)

Quid dicemus de poſteris Bodiebradii maſculis & fœminis? nunquid idem jus poſtliminii cum domo Auſtriaca, ſi poſtliminii eſt, (confer verba, *Nam de jure Auſtriaco. fol. 30 cum fol 31. Iur. hæred & 29.*) objicere poſſent? & non paucas potentes familias eius deſcendentiæ eſſe, publicum eſt, ut electoralem domum Saxonicam, Anhaltinam primogeniti præſentis, & alias, nec non ipſum principem Auſtriacum præſentem, injuriæ impatientem non modo ſed vindicem: extant & ejus ex ſorore nepotes principes Portugalenſes & alii. Ex iure primo acquirenti Bodiebradio iuxta Auſtriaci mentem, *hæred Iur. fol. 13. & paſſim*, quæſito omnes prætendere hac ratione poſſent, *fol. 16.* præter Polonicę exemplum familiæ de Sigiſmundo excluſo per filiam Vladiſlai fratris Annam, ſupra à Bohemis cum aliis allatum.

Minus unicus bic actus per Vladiſlai vocationem aut Auſtriacæ domus poſtmodum continuationem in quinque actibus rite correctus, *fol. 46.* aut ad ius priſtinum reditum; & ſic per annos centum clavum Regni hæreditaria ſucceſſione à domo Auſtriaca detentum eſſe, dici iure poterit. *Iur. hæred. fol. 33. & 34.* Minus autem Electionem Bodiebradii ab Imp. Friderico III. confirmatam toleratam magis quam probatam; quippe extra iuris ordinem. *Iur. hæred. fol. 29.* Et pacis bono cum inveſtitum ab Imp. fuiſſe. ob ſupradictas rationes Bohemicas, & modo poſitas;

tas;tum quod qualiber conſtitutiones hoc argumento (religionis & profanæ ſanctionis) boni pacis diſſolvi poſſent, cum tamen non modo præſumtio juris pro hoc militet, ſed notorium ſit, Imperium cunctum actui illi nihil intereſſe aut incommodi obtendiſſe. Centenariæ continuationis actibus expreſſas Reverſales ſuperiores opponi. & quando tunc præſcriptio vim habere potuiſſet? (inquit Ius hæredit. fol. 46. ad actum Bodiebradij.) imo quomodo hic contra jusjurandum. Regni & inveſtituram Cæſaream, (qua præſens Imp. gloriatur, ex eo reliquias Auſtriacas præſuppono non extantes,) imo contra Imperium & Bullam Imperij, & quando, vim habuiſſet? ad jura. Quod ad peculiarem actum præſentis Ferdinandi II. attinet: de quo, ut ſupra de Electione ejus, in contradictione ſunt: Ius hæreditarium ponit, ex confeſſione Bohemica, eum eligi noluiſſe ſed recipi. & quidni ſimiles Reverſales prioribus ab ipſo petitæ? *fol.* 38. imo, ut ſupra dictum, petitas Bohemi ubique enixe contendunt, & ad ſimiles prioribus expreſſe ſe referunt. *paſſim. N. 64. extantes.*

Vt ut ſit, in quæſtione eſt hic, & nihil ad præſcriptionem licet oblatio Ferdinandi II. confirmationis literarum Majeſtatis (& ſic obligatio) paſſim ineulcetur ab Auſtriacis. *Iur. hæred fol.* 59.

Et hæc de continuatione & reliquis in genere. In ſpecie nulla præſcriptio apparet, ratione fœmininæ qualitatis ſive ſecundæ Auſtriacæ intentionis, ut dictum, præter ſupradictam contradictionem in obſervantia ad ſingulos actus; quorum Auſtriaci quatuor concinnare videntur. *Iur. hæred fol.* 45. 1. in (Iohanne) Lucenburgica. 2. in (Alberto) Auſtriaca. 3. Vladiſlao in Polonica. 4. Ferdinando I. in Auſtriaca præſenti. ex quibus duo priores tantum, connubia

bia & regnum Bohemiæ tempore conjungere, reliqui actibus intermediis ſeparari videntur & ex conſequentia inferri. *fol.* 27. Vt ut ſit, nulla conſequentię neceſſitas ex connubiis, quæ cum aliis cauſis impulſivis Electionis veriſimiliter concurrere poſſunt, extruitur; ob inſtantiam in promptu aliorum Regnorum & principatuum internorum imperii & externorum, ut, Poloniæ Regno, Wenceſlao Bohemo & Stephano Bathoreo, & Vngariæ, Sigiſmundo Imp. & poſt genero ejus Alberto Imp. cum filiabus oblato. Imo ipſius Imperii documentis. ut Otthone Quarto Imperatore Philippi Imperatoris genero. deinde ipſo Alberto ſupra poſito. in Palatinatu Electorali, quando filia unica Agnes Henrici Brunſwicenſis Ottoni Bavaro I. Electori, beneficio Friderici Secundi, una cum Electoratus & Palatinatus, ut ſimiliter antea ſocero ejus Heinrico, conceſſione Imperatoris Heinrici VI. obtigit, &c. ut hiſtoria & genealogiæ publicæ annotant. Ecquis præterea jus hæreditarium neceſſatio per præſcriptiones & intervalla multi temporis concludet?

Manent ergo leviores præſumptiones hominum; Iuris non ſunt nec eſſe poſſunt, nec de re ipſa præſcriptio per ſuperiora.

Non melioris conditionis ſunt limitationes requiſitionum, precum, ſive petitionum pro eligendis Regibus erga ſtatus exiſtentium, & liberæ voluntatis eorundem ſtatuum Bohemiæ, utrobique honeſtatis, ut ita loquar, non neceſſitatis ſive potius obſequij conciliandi prætextu coloratæ, *Iure hæred. fol.* 37. cum juri quæſito non præjudicent *fol.* 9.

Reſponderi poteſt ex actis, id ipſum, ſicuti major pars præſuppoſitorum, dependere à cauſa principali, & ubique petitionem principij eſſe.

Deinde

Deinde Ius hæreditarium *fol.* 8. & 9. & 48 appellat jus Bohemorum liberæ electionis (in caſu vacationis, de quo quæſtio ſola eſt) magna & præclara privilegia, loco Imperatoris nempe jus conferendi vel ſucceſſorem ſubſtituendi ſtatus Regni habere. Concedit ergo, ut in reliquis Imperij principatibus jus cedit Imperatori, hic indulgeri Regno Bohemiæ. Et ſurrogatum ſapit naturam ſurrogati. *Dd. in l. decernimus. Cod. de aqua ductu.* Ejuſdem inde naturæ erit, & per conſequens, neceſſitatis, non voluntatis. Quid porro abſurdius aut iniquius, quam dicere, Privilegia Friderici II. Bohemis jus Electionis confirmare abſque effectu neceſſitatis; &, Iuramenta regum, reverſaleſque ſtrictiſſimas, (Si per naturam certa & neceſſaria eſt ſucceſſio, & reliqua adiaphora ſunt,) dicis cauſa fieri? cum hic omnia fiant, ut videre fuit, per conſenſum & contractum mutuum: & exempla hęreditariorum principatuum minime quadrent. *d. fol. 37. Iur. hæredit.* in tantum, ut ne minimam præſumtiunculam habeamus contra juris præſumtionem & rem ipſam. Eadem ſolutio ſit ſimilium.

Atque tantum de obſervantia eum eiuſdem argumentis; quæ ante Carolum IV, poſt Carolum, maxime Vladiſlaum Regem & Ferd. I, ante & poſtea, Iuris præſumtioni de feudo perſonali magis convenire; cum privilegio Friderici II. antiquiori æque & à tempore poſteriorum duorum Vladiſlai & Ferdinandi I, (à tempore Ladiſlai, *N.6.*) jurejurando regio & Reverſalibus expreſſis cum literis Majeſtatis Rodolphinis, comprobari, ex dictis planum eſt.

Vnde jam de genuino Bullæ Imperij 1356. ſenſu, ratione privilegiorum & obſervantiæ diuturnæ, quibus ex hujuſmodi ſanctione Imperiali in nullo præjudicari voluit c. 7. ipſe Carolus IV, nihil ſcrupuli reſtat. *Senſus Bullæ Imperij.*

Bullam vero ſive declarationem Caroli IV. huſce contrariam, non modo in prima qualitate Auſtriaca, ratione hæreditarii vel Electivi Regni, (ubi in conſequentia reliquorum caſuum ſibi ipſi contraria eſt,) ſed etiam ſecunda, ratione ſexus, certo conſtat.

In formula verborum ejus enim, nulla diſcrepantia inter partes eſt *Iurehæreditario, fol. 13. & Deduct. Bohem. N. 19.* Contraria namque ſunt in caſu duntaxat, quo de progenie regia (nec maſculus nec fœmina) nullus ſuperſtes; & vel per quemcunque alium modum vacare contigerit Regno. Prior contrarietas, ratione Iuris & privilegiorum & juxta utraſque intentionis Auſtriacæ qualitates, per ſe eſt, ut modo dictum: In ipſa declaratione eſt, ut objiciunt Bohemi ſuprà & Auſtriacus *d fol. 13.* verba apponit, ſed nihil explicat, quod non datur alius caſus vacationis. Nam rex exiſtens quovis tempore, ſi diem obeat, ſi reſignet, ſi abdicetur ſeu deponatur: aut hæres ſanguinis eſt; tunc res expedita eſt ubique: aut nullus ſupereſt; & tunc æque ubique ad priorem caſum defectus res recidit; novus caſus, quantum ſciam, non datur.

Nec hæc res novis vacationis aut Electionis ſive receptionis diſtinctionibus aut commixtionibus concilianda videtur: quia & idem petitio principii eſſet, feudi ſive regni electivi aut hæreditarii; & ſic cauſæ principalis. Plane ergo diverſa à reliquis & contraria in ſe ipſa apparet: quæ ſi præter ſupra Bohemicas allatas rationes non ſublata foret, (quæ imo eadem eſſet & cum codice dicto,) quis ſuperioribus & Bullæ Imperii à ſtatibus conditæ univerſis Imperii, ubi altera præſentibus Electoribus duobus Moguntino & Saxone, ſaltem repræſentatur, *N. 19.* jure & neceſſitate cedere dubitet? ut inferius de poteſtate Imperatoris hac in parte prolixius apparebit.

Atque

Atque hæc de Bulla Imperii quatenus ad Ius regni Bohemiæ refertur.

Inſuper duo proſtant argumenta Auſtriaca ex ipſa Bulla & eius conceptione deſumpta. *fol. 16. Iur. hared.*

Primum & magis conſpicuum eſt ex definitione vacationis, quæ ſit quando penitus hæres omnis extinguitur uſque ad dominum feudi revertitur. *d. c. 7.* *Bulla argumentũ 1.*

Atqui regnum Bohemiæ in eo excipit, ut deficiente ſtirpe non ſit caducum, ſed tunc à ſtatibus jure Electionis accipiat ſucceſſionem. Ergo in eodem ſenſu accipietur vacatio in exceptione quo in regula, per conſequentiam. Sit forma magis perſpicua; In regula vacatio intelligitur de caducitate deficientis ſtirpis: Ergo in Exceptione quoque ratio conſequentiæ, quia exceptio ſit de Regula.

Secunda probatio hujus argumenti. Carolus in priore parte ſanctionis, *C. 7.* ratione ſucceſſionis Electoratuum Secularium, Bohemiæ regnum comprehendit. Ergo in ſecunda parte non ſuſtulit ſanguinis ſucceſſionem, aut ſibi contrarius foret. Ratio conſequentiæ ex ſuperioribus manifeſta, quia ſucceſſio & electio ſanguine regio durante ſint contraria.

Bohemi totum *C. 7.* & maxime §. fin. in exceptione Bohemiæ, de toto contextu ſucceſſionis & caducitatis accipiunt. *per ſupra dicta deduct. fol* 56.

Quęſtio generalis & ſimul deciſio eſſe poteſt: Bulla Imperij ne quid novi ſanciat? Textus dicit, quod non, in nullo præiudicari. Idem ait Ius hæredit. *fol. 15. & 16.* Ergo ex ſuperioribus & maxime allegatis privilegiis & obſervantia, ſenſus depender.

In Specie poteſt ex Bulla ipſa reſponſio eſſe ulterius exceptionem fieri tam ratione caducitatis; & ſic excipitur

 etiam

etiam ratione vacationis conſequenter: quam collationis, dum Electio regis in caſu vacationis regnicolis reſervatur, & quidem juxta jus Regni, ut dictum. Vel ſi ſit ſaltem intuitu collationis in alijs Imperatoris, in Bohemiæ regno ſtatuum, Electionem tamen referri & caſum vacationis ad jus regni: quod perinde eſt. at potius exceptio ſit ratione naturæ objecti, ut ſubſequentia monſtrant aperte.

Ad alteram probationem. Quæritur, an exceptio ſemper ſuper electione in caſu vacationis, *d.* § *fin. c. 7.* (quem §. Auſtriacus priori loco ponit, *fol.* 14.) referatur ad totum caput ex mente Bohemica, ut dictum; vel, pro Auſtriaca, an prior ſanctionis pars de ſucceſſione electorali ſecularium etiam Bohemiæ Regnum concernat? (eo magis forte quod initio §. inter reliquos Electoratus expreſſe nominetur:) & per conſequens contra Bohemos.

Præſuppoſito, nos verſari in dubio quod per ſuperiora non apparet, Non obſcurum eſt, §. 1. duo continere membra. Primo cauſam impulſivam hujus ſanctionis: quia virtute regni & principatuum electoribus jus electorale competat. Hic æque nominatur Bohemiæ regnum. Poſt inter eorundem ſecularium filios ſanctio ſit eodem §. de ſucceſſione primogeniti (ad præcavendas diſſenſiones.) §. 2. ſive finali ſanctio ſit de caſu vacationis hujuſmodi principatuum, quo ad Imperatorem ſeu Regem Romanorum devolvantur. (nec dubium eſt, vacare hic accipi de extinctis maſculis primi acquirentis.)

Hic ſubjungitur, *ſalvis ſemper privilegijs &c. regni noſtri Boemiæ, ſuper electione Regis in caſu Vacationis, &c.*

Electio expreſſe reſervatur Bohemis. Ergo præſumtio Iuris foret, in regno Electivo (hoc ipſo probato) non eſſe ſucceſſionem in dubio, & exceptio Auſtriaca iiſdem probanda

banda foret, ut ſuprà dictum, quod ſit ſaltem eodem caſu vacationis, quo reliqui Electoratus ſucceſſorij mere vacant, Electio.

Et quia ex verbo vacare jus argumentorum pendet, ſumamus ipſius Caroli declarationem eatenus qui vacare regnum *N.19.* dixerat quocunque caſu.

Diſtinctio propriæ & impropriæ ſignificationis nulla videtur quæ affertur Iure hæredit. cum finaliter ex ipſa Bulla Imperij conſtet, in ſucceſſivis ſive hæreditarijs principatibus vacare accipi de defectu hæredum, ut modo *c.7.* in Electivis, ut ipſo Imperio, Imperatore; ſic conſequenter in reliquis regnis, principatibus, rege, principe, deficiente. *expreſſe cap 5.* quæ mihi potior ſit declaratione Auſtriaca.

Deinde, quid ni exceptio pro ſubjecta materia ad totum contextum referetur? cum ratione totius privilegium Friderici II. Imperatoris (Ius hæreditarium hoc intelligit, ut ſæpius dictum. *fol.16.*) ſimpliciter loquatur, obſervantia aperte teſtetur; nullam rationem primogenituræ (quæ in inveſtitura Wenceſlai una demonſtrative, ut dictum, aliàs nullubi extat) unquam habitam; & referente ſe Bulla ad illa duo expreſſe. Ne igitur verba, quæ hic clara per Bullam, plus curemus quam rem ipſam. Vocabulum ſemper potius generaliter quam ſpecialiter & ambigue accipiendum, Et expreſſe notandum, Bullam Imperij Ius electionis non ad pacta vel conventiones regum Bohemiæ, ſed Imperatorum & Regum Romanorum privilegia aſtringere ibidem, & in nullo præjudicari velle. Et ratio Nominationis Bohemiæ, *initio* §.1. non abs re & ſine cauſa iden erit, quod à ſucceſſione reliquorum excludatur, ſeu excipiatur. quia ad certitudinem rei Reipublicæ interfuit, in publica Imperij lege ejus conditionem reliquorum quali- *Duplex exceptio.*

tate

tate aſſignari. Hinc planum fit, Exceptionem univerſaliter de comprehenſis articulis *cap. 7. §. 1. & 2.* intelligendam de ſucceſſione, caducitate, vacatione & electione; reſpectu quorum ſingulorum Regnum Bohemiæ diſſimile ſit reliquis Electoratibus, & quocunque alio.

Bulla argumentũ 2. Alterum argumentum Aſtriacum ex Bulla Imperij depromptum, & quidem æque ex diſpoſitione capitis 7. minoris ponderis. *d. fol. 15. & 16. Iur. hered.* Si Carolus volebat exceptum regem Bohemiæ (à ſucceſſione,) non adnumeraſſet illum reliquis Secularibus de quibus conſtituebat; vel nominatim excepiſſet: ſed contra nominatim illum cæteris adnumerat & ſimiliter de eo ſtatuit. Ergo noluit exceptum, & ſic hæreditarium exiſtimavit. Ratio conſequentiæ, quia ratione liberæ electionis aliàs debuiſſet Eccleſiaſticis ita ſubrogatis adnumerari, aut nominatim excipi. Propoſitio hæc duo membra & rationes habet. Prius, non debuiſſe Secularibus ſed Eccleſiaſticis adnumerari, nullam neceſſitatem conſequentiæ trahit. licet enim ratione ſubrogationis, ſucceſſorum per electionem ſuo modo Eccleſiaſticis Electoratibus, Bohemiæ Electoratus ſive regnum non diſſimile admodum ſit, & ſic ratione vacationis per mortem, &c. ratione tamen nominis, ordinis, juris conferendi, imo totius naturæ intuitu, ab Eccleſiaſticis ſeparandum fuiſſet. Certum quoque eſt, ratione utrorumque, Eccleſiaſticorum & Secularium, Bohemiam multa particularia habere, ut in Electione & functionibus Imperij, receptione regalium & præſtatione ſervitiorum, exemtione ab oneribus alijs & à Curia ipſa ſive judicio Imperatoris. *ſupra dictis privilegijs Frid. II & III. N. 16 N. 20. N. 21. & paſſim.* Imo ex ipſa intentione Auſtriaca, qua fœmininum regnum contenditur, quod in neutro genere reliquorum obtinere explorati juris eſt, qua nunc congruitate

gravitate Eccleſiaſtico ordini adſociandum fuiſſet? Ex quibus ſimul falſitas minoris propoſitionis in promptu eſt, Bohemiæ regnum non in omnibus conſimile effectum, vel ſimiliter de eo ſtatutum, aut opinionem Auſtriacam eſſe falſam de fœminino regno.

Alterum membrum, quod nominatim exceptio debuiſſet fieri, poteſt concedi, & per ſupra dicta dici, nominatim Bohemiæ jus ſemper exceptum: & ſic ratio conſequentiæ propoſitionis, minor tamen neganda per modo poſita.

Exceptio ſiquidem pluribus expreſſe extat, licet non ſub titulo ſive Rubrica forte peculiari, ſed eadem qua Secularum ſucceſſio, quod à potiori nominatio facienda Statibus Imperii videbatur, & Bohemiæ Electoratus ſecularis ſitque omnia parum ad rem & veritati cedunt. Hinc falſa conſequentia, Regnum Bohemiæ hæreditarium habitum; & contrarium verum, à hæreditariis ſemper exceptum.

Nec ullo æquitatis intuitu, forte per obſcuritatem hujus exceptionis, Caroli IV. intentio prima ex dicto Codice abdicato & declaratione ejuſdem emicans fulciri poterit. Cum ex ſupra dictis pateat, priorem Codicem ſublatum expreſſe, poſteriorem non probatam, imo hac ipſa Bulla Imperii lege publica annullatam, priſca privilegia & obſervantiam diuturnam ſaltem ſtabilitam, & nulla bona fide potuiſſe inſciis ſtatibus Bohemiæ hic tacite vel expreſſe ſupponi aut inferri: ſicut Iure hæredit. *fol.* 15. expreſſe dicitur, Carolum IV. quicquam novare noluiſſe: Nec porro Bohemos facile admiſiſſe ut prætextu Electoratus jus ipſis liberæ (quod author de uno caſu defectus accipit; eadem ratio & veritas in reliquo jure eſt) adimeretur Electionis. *ſub fin.*

Firma

Firma hic manet certitudo qualitatis Regni, Iure primævo expreſſo concordante cum obſervantia priſca & privilegijs antiquis; in Auſtriaca Ferdinandi I. domo & ulterius, ut dictum, expreſſis juramentis, reverſalibus, & literis Majeſtatis continuata & confirmata, abſque Bullæ Imperij contradictione non modo, ſed ejuſdem, ut dictum, publica Imperij authoritate confirmatione & ſtabilimento perpetuo communita.

Et tandem per legem Imperij Bullæ publicam exploratū & perſpicuum extat, Bohemię regnum adhuc eſſe feudum perſonale; Ius conferendi in caſu vacationis quocunque rege deficiente Electioni liberæ ſtatuum Regni ſartum tectum omni jure remanere: & per conſequens, Auſtriacæ intentionis qualitates tres hæreditarias nondum probatas: ſed contra, Bohemiæ juris aſſertionem. Imo poſitis duabus qualitatibus Auſtriacis, ſucceſſionis ſanguinis & ſexus fœminini; quia tertia qualitas ordinis ſucceſſionis nullo jure, obſervantia priſca & moderna, nec ipſis privilegijs modernis Rodolphi I, Ruperti Palatini Electoris, ipſa Caroli IV. declaratione vel Codice, Vladiſlai diſpoſitione, Ferdinandi reverſalibus mutatis & officialium juramentis & conſtitutionibus regni, ipſo pacto Hiſpanico moderno, nec tandem ipſa Imperij lege publica Bulla, ut dictum, (& quicquid ibidem de regno Bohemiæ, ut cap. 25. de integritate principatuum, §. ult. & capite ultimo incidenter dicitur (ubi per proximos, qui veriſimiliter ab ipſis creduntur ſucceſſuri, intelligit, & ſic ſolutio in textu eſt) ad exceptionem capite ſeptimo extantem, ubi ex profeſſo de ſucceſſione tractat, ad contrarietatem evitandam id referendum eſſe,) ullo modo, ſed contrarium confeſſione & allegatione Auſtriaca *d. l.* comprobatur: Ex toto contextu, & ipſa allegatione Bohemica, certum erit,

erit, hæreditatis & ſexus argumenta Auſtriaca, nec Friderico V, nec ejus uxori, ut dictum ſæpius, imo non plus minuſve quam alijs Auſtriacis & recenſitis familijs, & quotaquæque totius Imperij cum vicinis regibus & principibus eximetur, impedimento eſſe poſſe.

Male inde notorietatem cauſæ principalis Iuris Auſtriaci ubique præſupponi, vel ita judicium Ferdinandi II. arrogari. de quibus poſtea parte tertia.

Ius hinc Friderici V. Notorium dici poterit per jus publicum. *Pro Iure Frid. V.*

Atque tandem, ad eximendum omnem ſcrupulum, qui cuipiam, vel ex interventione Imperatorum, & nonnunquam Imperatorum & Regum, ut hic in perſona Ferdinandi I, & modo Ferdinandi II, concurrentium, earumque actionum intuitu, aut ratione ipſius Bullæ Imperij validitatis & antiquitatis forte obſoletæ, vel denique maxime ob ſæpius iteratas inculcationes juris publici in genere; item leguleios hæc non ex jure privato inveſtiganda habere publici ignaros, *Iuſtit. Imp propoſ. 18. f. 8.* injici poſſet; & ad præcidendas hujuſmodi ambages, ne cui imponatur Imperij juris inſcio:

Hic ex utriuſque partis actis & actionibus liquido conſtat, ab utraque Bullam tanquam fundamentum & normam ubique, maxime hoc jure allegari, ab ipſo Electore Moguntino reſponſo ſuo Francofurti Bohemis dato, *N. 47. deduct. Boh* ipſa dicta Ratisbonenſi, & formula proſcriptionis paſſim, & tandem ipſa capitulatione præſentis Imperatoris juratata, ubi ad hanc & ejus Imperij cum conſilio intimo & aulico ſive conſiſtorio, jurejurando aſtringitur. *Capitulat. Art. 2. & ſeqq. Art. 42.* cum clauſula annullatoria facti contrarij.

Atque id hodie eſt noſtrum jus publicum imperij, quod

 nimi-

nimirum ſtatum ipſum in ſacris & profanis ſpectar, ut dicitur *Inſt. & ff. de Iuſt & Iur in princ.* Hæc Imperij norma & cynoſura. Inquit votum Electorale Saxonicum, His ſtat fundamentum ſtatus & momenta rerum *fol.*364. lex fundamentalis Imperij *Brandeb. fol. 242 in not. Ratub.*

Non ergo aliud eſt in ſacris jam, quam conſtitutiones Religionis, In profanis conſtitutiones Imperij, ordinatio Cameræ cum Bulla Aurea & legibus Romanis in defectum ſuperiorum: Nequis ſibi forte, fragmenta iuris publici jam Imp. Iuſtiniani ſeculo obſoleta in Vaticano vel Laterano vel alibi obſita extare, minus alicujus uſus eſſe imaginetur.

Et hæc eſt illa ratio iuris noviſſimi Imperii, hic eſt eiuſdem ordo; non forte aliqua ſtatus ratio imaginaria, qua moderni aſſentatores, malitia aut ignorantia aut utroque vitio laborantes, dum heris pro omni commodo & libidine, quo iure qua iniuria aſſentiri unice ſtudent, faſque nefaſque miſcent: Eſſet enim hæcce iuris larva pandecte omnis iniuriæ; & quis tandem finis huius rationis ſtatus? iuris aut iniutiæ non finis, non fines, non vicinia. Atque ut publica ſtatuum authoritate conſtitutum eſt, ſic eadem & non alia in præiudicium Imperii aut cuiuſquam privati commutati aut perverti poterit; ut inferius parte tertia pro neceſſitate rei ulterius videre erit.

Pergamus iam ordine ad reliqua Ferdinandi II.

Ius Inveſtitura Cæſarea. De inveſtitura Cæſarea, tanquam tertio Iure ſive titulo ſingulari Ferdinandi II. *allegata Formula preſcr §. Vnd daſelbſten von den, &c. & paſſim.* Bohemi dubitant num extet aliqua; documento aliarum Imperii provinciarum feudalium penes domum Auſtriacam exiſtentium; ut Regni Dalmatiæ & Sardiniæ, Campaniæ, cum aliis regni Neapolitani feudis Imperii Burgundicis & reliquis Imperio exemptis. Deinde mutatas recentiores dicunt. Exemplo

emplo Imperatoris Frid. III. In antiquis eunctum Regnum eum dignitate Electorali acceptum & tributum in feudum; hic ſaltem ab Auſtriaco Cæſare officia ſive dignitates conceſſæ videantur iam tunc. *N. 27 deduct.* Et tandem, ſi ſit aliqua; cum Palatinis ſcriptoribus volunt non eſſe veram ſed abuſivam; & ſic nec dominium nec poſſeſſionem tribuere valere.

Quæritur quid de facto & iure dicendum?

Facti eſt, & ſic alleganti probanda; qua extante de qualitate eius rectius iudicari poſſet.

Sed poſito, extate: quæſtiones duæ erunt. 1. qualis eſſe queat? 2. cuius effectus?

Non vera ſive realis eſt, eum poſſeſſione, nimirum; quia de futura ſucceſſione neceſſario hic. Quod nulla rei traditio aut adminiſtratio Ferdinando II. licuerit, *ſ part.* 1. Aut ſi de præſenti data eſt, erronea & nulla erit. 1. *feud. tit.* 9. §. *Nam ſi quis* 1. *ibi. non valet habita inveſtitura.* Vide differentiam, ſi libet, 2. *feud. tit* 2 *in princ.*

Siquidem ergo aliqua data eſt, de iure erit verbalis ſeu abuſiva, quam vocant, quæ per ſe nec dominium nec poſſeſſionem tribuit ſed ius ad rem.

Vtraque (ratione effectus) datur clauſula *ſalvo Iure tertij*, per iura caſu præſenti referenda ad principale, Electionem (ut æque *ſ parte* 1. dictum) hic conditionalem, ſicut reliquæ ſimul Electionis ſupra dictæ ſequelæ & id genus alia, coronatio, &c. Et ſublato principali ad id regulata acceſſoria corruunt. *l. Nihil* 129. §. 1 *ff de R. I. cum ſimil.*

Conditionalis ergo non operatur ius ad rem niſi conditione exiſtente, ut in quocunque contractu conditionali. *l. conditionalis* 54. *l. actus* 77. *de R. I.* 2. *feud. tit.* 2. §. *moribus receptum. V. quæ in inveſtitura.*

Atqui hic Electio ſublata (qua de re poſtea in Frid. V.

 iure)

jure) ante conditionem exiſtentem ipſo jure & ipſo facto (uti contendunt Bohemi *N.8.&15.*) vi juramenti & promiſſionum ſive pacti Ferdinandi II, *(ſupra N.64. deduction. Boh.)* poſt declarata per abrogationem & annihilata expreſſe. Sublata vel alterata cauſa tollitur effectus. *arg.l.1. & 13 de R.I* At poſito, validam eſſe: dabitur actio perſonalis adverſus dantem. Et ſi ſucceſſor teneatur adimplere inveſtituram, 1. *f.tit.3.§.1. v. licet.* loquitur tamen de hæreditario ſucceſſore; & 1 *feud.tit.9.§ 1. in princ. 2.f.tit. 2.* hic in eadem perſona jam concurret dominus feudi Imperii & Vaſallus. Et haberet, præſuppoſita validitate illa, Ferdinandus II. actionem perſonalem ad rem conſequendam. 1 *feud.tit.4. in princ. v. recte cum.* 1 *.f.tit.26.§ ſi facta de feudo in princ.*

Ratione Friderici V. in genere proteſtantur ejus ſcriptores de mora aut culpa ulla ob non petitas & acceptas inveſtituras, ei non imputanda ex impedimento adverſæ partis & cauſa notoriæ hoſtilitatis. *Specul.fol.93.*

Votum. Quæritur quid ſentiendum?

Fridericus realem petitionem in poſſeſſorio, *ut dictum part.1 .l.17.ff. acquir. poſſeſſ* & petitorio, ob traditionem ipſius Regni, *Inſt. de actionib.§.1. in fin.l. in rem 24.ff. de Rei vindic. & ſ.allegat. L.l.* habet.

Nec Friderico V. fraudi eſſe poteſt, quod Imperatoriæ inveſtituræ per dictas notorias rationes conſequendæ copiam non habeat, quam puram ex qualitate Electionis pure habere ei liceret, qua merito munitus præſumendus æque. Cum culpa imputetur ex duplici cauſa; vel contumaciæ, *arg.tit.22. feud.lib.2.* ubi ſimul proponitur quæſtio de Vaſallo à domino ſpoliato, *§. ſi vero 2. ſub fin.* vel ingratitudinis, ut ait textus, 2 *feud.tit. 23. & tit. 24.* qualis hic neutra apparet. Ergo nec pœna. *l.50. de R.I.* Et præſcriptio

ptio alias non currat agere non valenti. *l. naturaliter 5. ff de uſucap. in verb. hoſtilitas: & ibi dd.* Aut ſaltem ex cauſa principali dijudicandum erit.

Fortiorem ergo inveſtituram puram & ex ea actionem perſonalem haberet Fridericus V. junctam ſimul actionem realem tutiorem illa. *arg. l. is qui 15. de R. I.* minus enim eſt, habere actionem quam rem. *l. minus 20. t. eodem.* aut plus cautionis erit, rei incumbere quam in perſonam agere. *l. plus cautionis 25 de R. I.* & duo jura fortiora uno.

De Bello, Iure quarto Ferdinandi II. Ex actis quidem Ferdinandi II. hoc jus intentari expreſſe non apparet, incidenter taman ubique innui videtur; ex effectu verborum formulæ ſive ſtyli mutati; eò quod formula proſcriptionis Bohemia regnum hæreditarium noviter appelletur. *§. ſich in Vnſerm erb.* quod ante nunquam ne ab Auſtriacis quidem regibus factum ſit. *Speculo fol. 9. &* 10. & effectu vero, & reipſa, contemplatione ſtatus regni præſentis, notorio. *Votis Ratisbon. fol.* 233. 234. Expreſſe poſt, jus belli in actis Ratisbonenſibus, irrepere videtur, *paſſim. & expreſſius voto Colonienſi. fol.* 259. Ferdinandum II, tanquam victorem, Firderico V, tanquam victo, conditiones præſcribendas habere. *Ius belli.*

Palatini Scriptores ubique inſinuant, cauſam non ex eventu & maxime Martis dubio æſtimandam, exemplis internis & externis. *Specul fol.* 58. *&* 59. *Vots Ratisbon. fol.* 300 *N.* 2. Si Cæſar aut Liga Palatinatum jure belli tenet, eodem jure licere illum Palatino recuperare. *Animadverſ. in lit. fol.* 61.

Quæritur, quid juris, & quidem Imperij? Videtur equidem juri conſentaneum, Ius belli, modum acquirendi juris gentium eſſe: *§. Item ea 17. Inſt. de rerum diviſ.* ſed quæſtio occurit & de hoſtibus & belli qualitate. *Votum.*

I 3 Hic

Hic apponitur, ut videre fuit, non modo Ius regni Bohemiæ ſed totius Imperii, ut inferius amplius conſtabit: & cauſæ juſtitia ex iiſdem non eventu decidenda, nec futuro cum periculo Imperii committenda videtur. & ſic præpoſtera ratio foret hic, cum hæc actio tempore ſubortæ litis nondum nata fuerit. Et caſus ſuperveniens in jure talis per ſe non attendendus, *dd ad l quæret 135. verb. fataliter. in fin de V. S.* pendet inde à principali; &, ſi ab initio bellum vitioſum fuerit, tractu temporis non convaleſcet. *l. 29. de R. I.*

Sin Fridericus altero modo ob delictum intentatum pro hoſte habetur: idem erit; quia hic ſub judice lis eſt. *Gail de pace publ lib. 2 c. 1 N 22 & ſeqq.* De eventu enim inter partes convenit. Neque certum ſemper indicium eſt mala fortuna, hanc aut illam eſſe mali cauſam *Litura* 85. & eventus futuri omnino in manu Dei. *fol. 82. Infor. ad Canc. B. Anhalt. p. 1. c. 6 f. 55 In natis ad vota Ratisb. N. 2. & paſſim.*

Nos pro inſtituti ratione cauſas ſecundas ſaltem attendimus.

Ius pro Friderico V. Friderici V. Ius, idque primitus mera electione & deſuper ſubſecutis pactis, (de quibus nihil ex actis liquido conſtat, *Vot. Ratisb. fol. 315. N. 31. N 13. Formula præſcript. paſſim Specul. fol.* 48) re jam penitus inſpecta, mixto iure pro hypotheſeos qualitate, ex ipſa allegatione Bohemica eventuali, ſubſiſtit *per ſuprà dicta in jure 2. Ferdinandi II.*

Atque de facto expeditum & notorium erit, electionem Friderici V. factam; Iurene? hic quæſtionis erit. unde ſimul jus vel ſecus Friderici V. emerget.

Bohemi legitimare ſtudent tribus argumentis hiſce: 1 Iure ſtatibus Bohemiæ competenti 2. legitimatione cauſarum abdicationis. 3 modi legitimi obſervatione. *deduct. Boh. c. 3. per tot.*

I. De

I. De jure. Probare nituntur in theſi, argumentis viginti, (cum diſtinctione ſubditorum & cauſarum,) de jure communi, canonico & civili, ſingulis authoritate locorum & exemplorum in medium allatis: In hypotheſi æque à ſacris & profanis. *1. Ius ſtatuum Boh. abdicandi.*

Profanis novem principalibus quorum

1. Ex natura oppoſiti Electionis, de jure Regni & obſervantia.

Octo ex exmplis Imperatorum, partim confirmationibus expreſſis, partim tacitis, cum Electorum Imperij accedentibus, ut in Imperatore Rodolpho II. In ſpecie,

2. Per jura populi & procerum Regni, obligationes & Reverſales regias, *N.* 8, 14 15. 38. *& ſupra d.* ubi ſimul relaxationem juramenti notant, *N* 8. *& N.* 15. probant.

3. Per leges Regni fundamentales & provinciales.

4. Quod regalia habeant in ſuis terris & ipſo Regno.

5. Iura Majeſtatis in ſpecie quinque recenſent. 1. Iura fœcialia. 2. curam rei monetariæ & domanij regii. 3. aſſenſum collectandi. 4. officia Regni. 5. ſubdelegationem vicariorum in officiis.

6. Iudicium provinciale, (ad Barones & Regni nobiles alligatum,) 1. abſque appellatione, 2. cum jure proſcribendi, ubi ne Regi quidem jus reſtitutionis ſit, habeant.

7. Iura comitiorum & armorum. *Landsordn. D* 49.

8. Confirmationem tutelæ Regiæ, & licentiam veniæ ætatis.

9. Iuramenta officialium ſtatibus ſimul fiant. *N.* 40. *deduct.*

In ſacris curam ſive inſpectionem 1. in genere & à 600 annnis penes ſtatus eſſe. 2. expreſſe cognitionem & executionem; ex ordinatione; *lit. A. N.* 22 ſuſpenſione juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & pactis Sigiſmundi Imperatoris,

tis,paceReligionis & tranſactione Paſſavienſi centum annis antiquioribus. *N*.42.& literis Majeſtatis Rodolphi II. Imperatoris.*N*,58. 3. Electionem Epiſcoporum 600. fere ab annis. *Bulla Papali* 968. (ſervata Imperatori confirmatione. *Hateciu*,) obſervantia confirmata exemplis: imo Imperatori Friderico II. collatione Epiſcopatuum in Imperio adempta.Bohemis ſervatam Electionem,ſeu jus inveſtiendi Epiſcopos,& ab Imperatoribus amplius confirmatum, *N*.16 & 19. Pactis & privilegiis (ut dictum) Sigiſmundi,& Rodolphi II. Imperatoris *N*.63. confirmatis ab Imperatore Mathia.*N*.64.

2.cauſæ abdicationis tres. II. De cauſis. Tres Cardinales allegant.

1. cauſam,& præcipuam, perſecutionem Religionis.

2. Bellum offenſivum Ferdinandi II. adverſus ſtatus Bohemiæ.

3. Pactum Hiſpanicum.

perſecutio Religionis. Ad primam, Bohemi cognitionem,defenſionem& populi convocationem ſibi aſſerunt. 1. ordinatione Regni, (ut dictum.)*d.l.A*.22. 2.Concilio Baſilienſi,& Imperatoris Sigiſmundi concordatis *N*.55.& *N*.22.*N* 59.3.Literis Majeſtatis & ſuſpenſionis ad Romani Imperii unanimam concordantiam a Rodolpho 2.Imp. *N*.58 61. 4.'conventione ſub una ibidem accedente. 5.Mathiæ Imperatoris obligationibus,*N*.60.62.& Ferdinandi II.ſimilibus reverſalibus, ut ſuperius dictum.

Hic proponuntur contra à ſtatibus gravamina. In genere; quorum origo à Synodo Pragenſi provinciali 1605. deſumta.*N*.5.7.à Concilio Tridentino 1564.& inquiſitione Hiſpanica.*N* 60.in decem articulis. In ſpecie:

1. Ratione Conſiſtorii.

2. Contraventionis in Electione Epiſcopi præſentis & præcedentium aliquot.

3. Paſ.

3. Paſſavienſis invaſionis, tempore Rodolphi II. Imp. ac Mathiæ Imperatoris tempore. 1. Cavillationum literarum Majeſtatis cauſa. 2. Calumniæ & violentiæ prohibitæ, quibus contraventum.

Tempori Ferdinandi Secundi præſentis 1617. coronati opponuntur gravamina publicata: per partes in 15. articulis, exercitio, cognitioni, defenſioni, conventibus rebellionis nomine criminandis & prohibendis, & ſingulis contrariis. Ac ne quis Mathiæ Imperatoris nomini id adſcribat, decem argumentis præoccupant 1. Vivente Mathia Imperatore I. directionem Ferdinandi Secundi in omnibus poſt coronationem fuiſſe, probant notorio legationum & Cæſarearum remiſſionum eò. 2. per edicta in perſecutione Religionis utriuſque nomine promulgata, probant gravaminibus Sileſiæ, defuncto Mathia I; ratificatione Ferdinandi Secundi, cum metu futuri mali, dicentes, authores turbarum in hodiernum diem in Aula & officiis eſſe. Deinde Imperatoris literis ante & ab obitu Mathiæ de reſtitutione turbulentorum in officia tegminis & vicariatum contra ordinationis pœnam. Et ſuſpicionem de futuro ſtatu non meliori reliquis argumentis & exemplis inter hæc & Styriæ perſecutionis pluribus allegant. Nec hic conſenſum Mathiæ (poſito ejuſdem mandato) ſufficientem; cum in unius ejuſdem manu non fuerit. Primo, Quod defenſionis ordinario expreſſa eſt literis Majeſtatis, *N* 63. Deinde, conſtitutio regiminis extribus, 1. officialibus Regni ſuperioribus, 2. Aſſeſſoribus provincialibus aulicis & cameralibus, 3. & deputatis è Circulis viginti quatuor, ordinis ſuperioris ſex, item ex urbium numero. Reverſalibus Ferdinandi Secundi firmata, nequaquam obſervata ſed cuncta per extraordinaria Cameræ & Cancellariæ, ut ajunt, mandata, in-

terverſa; præter rejectiones officialium Evangelicorum & eorundem præcluſiones ad officia. Tandem, Nomen nudum Mathiam Imperatorem, tem ipſam Ferdinandum II. habuiſſe, Clœſelii Cardinalis exemplo Imperatori Mathiæ luctuoſo, exinde nullius eundem Imp. amplius poteſtatis fuiſſe, cum aliis circumſtantiis concludunt.

Paſſum Hiſpanicum. Altera cauſa abdicationis, bellum offenſivum, probatur a Bohemis contra Ferdinandum Secundum vivente Mathia Imperatore ſex argumentis.

1. Arg *N.* 65 literis Ferdinandi Secundi ad Buquoium, *in verbis lieben getrewen & verk. VVir, id eſt, Nos.*

2. Ejuſdem Imperatoris literis de milite ſub Don Balthaſaro & barone Krigingenſi, ex foro Iulij ad invaſionem Bohemiæ, de dato 12. Junii 1618. vix tribus ſeptimanis ab ejectione officialium educendo *N.* 66.

3. Legationibus externis de ope ferenda nomine Ferdinandi Secundi.

4. Expilatione urbium Hungaricarum finitimarum Turcis, argento & viris. probant gravaminibus Vngaricis. *condit.* 8. & 12. item publica ſcriptione militis in Vngaria contra Bohemiam.

5. Contra jus & leges Bohemiæ Ord. ſtatuum Receſſus Rod. II ab ipſo initium ſumentes, volentibus fratribus, de an. 1608. & 1610. *N* 61. & 62. quorū tenor: 1. rex abſq; conſenſu ſtatuū bellum ne auſpicator nec militem externum in Regnum introducito hic contra ipſos ſtatus, milite externo, fidelibus & infidelibus, Turcis, Tartaris, Coſaccis, & aliis, ut Zigeunis etiam, conſtanti. 2. Devaſtatio quinque Circulorum, & 3000. pagorum, vicuum, caſtrorum, & urbium, patrata. 3. Calamitas ex infinitate cæſorum, fame & frigore in ſilvis ad aliquot millia pereuntium.

6. Culpa Ferdinandi Secundi exercitum Vngaricum à ſtati-

Google

à ſtatibus Vngariæ revocatum, Mathia Imperatore mortuo. Deinde exuſtiones & cædes à Ferdinando Secundo non inhibitas; imo D. Buquoium inſecutum exercitum recedentem vita & ex eo correptos quoſvis regredi recuſantes non paucos trucidatos fuiſſe, probant notorio Vngariæ & Bohemiæ.

Ex quarum immanitatum occaſione, Iure naturæ, omnium gentium, atteſtatione Ferdinandi I. & ſupra dictorum Ordinum ſtatuum Bohemiæ, *d. lit A 1 & lit D. 48. & alijs, literis Majeſtatis, N 58* quibus æque rex obligatus ſub pœna fractæ pacis publicæ; imo regi ſub privationis coronæ & regni bellum inhibitum. & ſtatibus ſub pœna vitæ, exiſtimationis, & bonorum, reſiſtentia & mutua auxilia ad defenſionem injuncta; cujus caſus qualitas Bohemorum ſtatuum cognitioni & poteſtati relinquatur; *ipſis Reverſalibus dictis*; cum liberatione reali à juramento & obedientia, *N. 8 & 15. ipſius Ferdinandi II Reverſalibus, conſequenter liberatione per ipſum Ferdinand. II. cum ſupra allegata obſervantia.* Bohemi liberati & abſoluti juſtam abdicandi cauſam habuerint.

Tertia cauſa, abdicationis, Cardinalis, Pactum Hiſpanicum, ipſi Bohemiæ & Chriſtianitati pernicioſum. *N 49.* *Bellum Bohemicum.* 50. Incovenientia ejus in genere, de jure & juramentis Bohemicis aliiſque rationibus politicis: Deinde in ſpecie, triginta quatuor argumentis probant, & præventionem neceſſariam fuiſſe inferunt.

Commode illa triginta quatuor poterunt in octo principalia diſtribui.

1. Contrarietatis juramentorum pacti Hiſpanici anni 1617. 6. Iunii, & tribus ſeptimanis pòſt de Bohemiæ regno præſtiti. *arg. 1.*

2. Inde ignominiæ nationis etiam Bohemicæ, *arg. 2.* iuris

Electionis. *in arg.* 34. 5. *ſubſequentibus.*

3. Libertatis Regni periculi. *arg* 6. 7 *&* 8.

4. Imminutioni Regni ob iugum Hiſpanicum fidelibus & infidelibus exoſum. 9. 10. 11 *&* 12.

5. Alienationis ratione qualitatis bonorum & omnis iuris. *à* 13. 14. 15.

6. Abrogationis expreſſæ in Reverſalibus Hiſpanicis omnis iuris & obſervantiæ. Probationis, tacitæ ſeu obliquæ, ex zelo Hiſpanico; 17. *&* 18. probatur: 1. Iuramentis Hiſpanicis Alberti Archiducis & cuiuſque Hiſpaniarum regis regnum auſpicatum. 2 *arg* 19. quod Hiſpani cuncta iudicio Papali & inquiſitioni Hiſpanicæ remittant, exemplo 1569 20. *argumento.* 3 morte Caroli filii regii anno 1568 ob commiſerationem Belgii morte multati.

7. arg: erit conſequentia inde ſervitutis ratione ſtatus publici & Monarchiæ Hiſpanicæ univerſalis 9. *rationibus à* 21 *ad* 29 *incluſive.* Vbi de periculo Viciniæ, fabula Vliſſæa, abſque diſcrimine religionis, Exemplis Regum Navarræ, Siciliæ, Neapolis, regni Luſitaniæ, belli Sabaudici & Veneti (regio quando ſpectetur) notatur. Deinde ratione Imperii, præter fines ab oriente & occidente occupatos, proviſio Hiſpanico Teſtamento regis de Electione Papæ penes Hiſpaniam conſtituenda condita animadvertitur, & periculum ipſius Imperii Electionis exaggeratur; Hiſpano ita Electore Bohemiæ exiſtente, reliquiſque tribus Electoribus Secularibus eiuſdem per feuda Bohemiæ vaſſallis conſtitutis.

8. Reſiſtentiæ licitæ fundamentum probatur *à* 30. *ad* 34. Iure, præter ſuperiora de iure Bohemiæ & obſervantia, publico, privato, feudali, & omnium gentium. Vnde liquido conſtat, Ius Electionis cum privilegiis & omni jure, ſic antiquam Regni formam mutatam & ſublatam. proinde,

inde,non exſpectata nimirum conditionis Hiſpanicæ ſucceſſionis ſive caſus exiſtentia, præventionem ex argumentis ſuffultam neceſſariam fuiſſe. Quorum 1. duplex: partim ex auſpicijs Ferdinandi Secundi; de quibus ſuprà: partim crudelitatis Hiſpanicæ in India & alibi. 2.exemplis aliorum populorum. 3. à neceſſitate belli tredecim menſibus ante abdicationem illati; ubi judicis poſtea copia nulla fuerit. 4. Ex ipſo jure communi: In defectu judicis, armorum implorationem licitam. 5 Reſpondent ad objectionem exempli Iohannis Lucenburgici; id non in terminis cognitionis manſiſſe ſed declarationem in conſpectu regis extitiſſe, mediante vero Ludovico Bavaro & rem in integrum reſtituente integratam à Bohemis & remiſſam. 6 Ab eventu ſeu effectu perſecutionum. Qualia principia, talis exitus.

Tandem concludunt, cauſas neceſſarias & ſufficientes abdicationis hujus fuiſſe.

III. De Modo abdicationis. Bohemiæ ſtatus primo omnium ad 5. objectiones; 1. de jure, 2. proceſſu, 3. ratione coronationis & proclamationis, 4. ratione juramenti ſtatuum, & vis, 5. de exemplo Suecæ citationis; reſpondent. *3 Modus abdicationis.*

Ad primum argumentum tum ex privilegiis Bohemicis, tum exemplo Electorum Imperij.

Ex privilegijs Bohemicis: 1. Exemptionis Bohemiæ Aurea Bulla. *Cap. 8. verb. à tempore cujus contrarij non extat memoria.* 2. Recognitione Imperij à Carolo Magno uſque ſalvis legibus Bohemicis. 3. Tabulis Regni legibus inſertis aliquot ſeculis ante initium Collegij Electoralis & feudi Imperialis Bohemiæ. 4. Confirmatione Friderici III, Imperatoris. *N.* 20. *&* 21. Subjectionem ergo eſſe cum libertate integra, & feudi qualitatem aliàs non tribuere

 Iuris-

Iuriſdictionem ordinariam nec abſolutam. Deinde jus Bohemiæ non abrogatum per Bullam Auream, non plus quam Electorum reliquorum; habuiſſe enim jus electionis ante Othonem Tertium Imperatorem, exiſtentibus exemplis octodecim, ſupra allegatis de Electione Bohemica, imo, ut aiunt, in petitorio & poſſeſſorio probant, priori jure Canonico & Civili. *ſ. de Electione.*

Exemplo electorum Imperij. Poſteriori poſſeſſorio octo argumenta cognitionis Bohemicæ non aliunde petendæ in contradictorijs & remiſſionibus Cæſareis (ut ſupra) producunt. 1. Tempore Heinrici Quarti Imperatoris, 2 Heinrici Quinti, & 3 Lotharii Imperatoris: 4. Friderici Tertij Imperatoris, 5. Sigiſmundo Imperatore mortuo, inter Albertum Auſtriacum pòſt Imp. & Caſimirum Poloniæ Electos, concilium Baſilienſe (ut dictum) Bohemiæ ſtatibus novam electionem tribuiſſe. 6. Item antiquius in litigioſa hæreditate fratrum filiorum regiorum temporibus Ludovici & Caroli Calvi imperatoris anno 874 cognitionem Bohemis relictam. 7. Provocationes ſimul talium fratrum non ad Imperatorem ſed univerſitatem populi Regni factas tempore Heinrici Quinti imperatoris. 8. A documento Imperii & aliorum regnorum adjacentium, abſurdum quoque fore, abdicationem habere, & jus aliunde petere.

Pro ſecundo & quinto argumento, ratione proceſſus in Suecia, diverſitatem rationis fuiſſe; hic conſilium ex tempore capiundum ob belli neceſſitatem, *ſupra*, eum exaggeratione neceſſitatis belli & neceſſatiæ defenſionis. Et præoccupant, huic malo mandatis Cæſareis inhibitoriis, avocatoriis, ſalviſguardijs ſive ſecuritatibus, non remederi. Exemplis: 1. Admirantis Hiſpanici, anno 1598. & 1599 ejuſmodi eludentis. 2. Epiſcopatus Argentinenſis.

3. Vrbium

3. Vrbium ad Rhenum, & Iuliacenſes ditiones. 4. Vi invaſionis Pragenſis, 1611.

Ad tertium, ratione coronationis, proclamationis; & quartum, juramenti opponunt 1. ordinationem de defenſione, *ex ſuperioribus.* 2. liberationem à jurejurando, *atque dictis locis, & Ferdinandi II. Reverſ. d. N 15. ſimilibus.* Si igitur, inquiunt, defenſio licita non modo, ſed ulterius injuncta ſtatibus ſub dicta ſuprà pœna; quæ eſſe poſſet abſque cognitione? Num evocatione ad aliam juriſdictionem, d. Auteæ Bullæ privilegijs, inveſtituris Cæſareis, juri & conſuetudini Bohemiæ Reges æque ac ſtatus concernenti contraria? Vel introductione alienæ ſuperioritatis ſive juriſdictionis in Regnum contra uſum ipſius imperii? allatis rationibus nulla præter plura abſurda ob ignorantiam legum Bohemiæ in alieno iudice. Viam igitur antiquam juris Regibus & omnibus parere. Quod autem ſorte ſolennior non fuerit proceſſus æque cauſam eſſe extremum periculum & patriæ neceſſitatem; cum Ferdinandus Secundus arma prius elegerit. Deinde quæ ſolennitas hic poſſet deſiderari? cum ejuſmodi modus non inuſitatus exemplis canonicis & ipſius imperatoris Rodolphi Secundi. *N.* 48. Hinc inferunt, requiſita ordinationis obſervata, ſtatutorum, teverſalium regiarum, & extremæ neceſſitatis, (legibus alias non adſtrictę:) cum ſolenni expteſſa proteſtatione, de armis non ſumtis contra Imperatorem vel imperium, ſed Auſtriacam prætenſionem privatam & hoſtilem invaſionem, & ſic tanquam Auſtriacum Archiducem, &c. ubique ſtatus excuſandos; utpore ob & per contraventiones illas diverſas & intolerabiles à deſignatione Ferdinandi Secundi eventuali liberatos & patriæ plus obligatos: Exemplis antiquiſſimis Athenienſium pro aris & focis, juramenti & pœnæ Bohemica gravioris,

mulctæ

mulctæ vitæ videlicet, ut dictum.

Culpam in zelum & odium Auſtriacum contra Evangelicos rejicientes, de moderamine inculpatæ tutelæ pro ſua parte conteſtantur Bohemi.

Primum per definitionem rebellionis & hic negationem ejuſdem tribus rationibus.

1. Ob ſalutem & neceſſitatem patriæ.

2. Pro juris Electionis 900 annorum conſervatione.

3. Ipſius Imperij præjudicij cauſa; ob 1. dicta finium, ratione conſequentiæ Regni, &c retia, & præcluſionem Germaniæ terra marique: 2. ratione Hiſpanici Electoratus, ob ſuperiora.

Finaliter de vi & belli calamitate, Religionis & libertatis conſervationis & ſic hujus & futuræ vitæ & ſalutis neceſſitate, ad hanc abdicationem, electionem inde viciſſim novam, jure & obſervantia legitimam, ſe coactos, cum obteſtatione de cauſa ſua ipſorum non privata ſed communis periculi tragœdia, concludunt.

Argumenta Auſtriaca. Auſtriaca argumenta pro primo, Iuris nempe Bohemici abdicationis, in genere ſe videntur referre ad cauſam
1. principalem, Hæreditarium regnum, ut dictum, affirmando. *toto libello de jure hæreditario. & paſſim. fol.* 46. 51. Ergo pendet à pri formul. proſcript § *gleicheben. Specul fol.* 40.
2. Ratione ſecunda cauſas Auſtriacus *Iur. hæred fol.* 52. quinquefariam partitur: Bohemi trifariam, ut dictum. *deduct.*

1. Extirpatio religionis Evangelicæ Præſupponit, non eſſe hoc loco diſputandum; quænam vera ſit Christiana Evangelica Religio? 1. Negat, Ferdinandum Secundum potuiſſe hactenus. 2. Aut facturum fuiſſe; præſuppoſito iterum, nec Deum hominem ex iis quæ facturus homo fuiſſet, ſed ijs tantum quæ fecit, damnare.

Quæſtio Theologica contraverſ ine 1 de pæn. deduct 1.

Sed poſito, ob ea quæ facturus erat homo, etiam rejici potuiſſe,

potuiſſe; contra probant: 1. Oblatione confirmationis literatum Majeſtatis à deceſſu Mathiæ, ejuſque rei publicas extare teſtificationes. 2. Ab abſurdo, Monarcharum pacta & fidem impune proſcindi, mendacij adverſarios inſimulando *fol.60.*

Exemplum perſecutionis Styriæ 1. non eſſe Bohemiæ; cum in Styria non promiſerit retinere, ſed exceperit. 2. excuſat aliorum Imperij principum exemplo.

De Ferdinandi Secundi Religionis zelo præoccupat vel reſpondet: 1. Exemplo Pauli Apoſtoli, coram rege Agrippa conſtituti, & optantis omnes tales fieri qualis ipſe ſit; ſic etiam Ferdinandum Secundum in modico & magno optate Bohemos eſſe tales qualis ipſe, Catholicæ nimirum Eccleſiæ filios *d.fol.60.* Aſt non propterea, inquit, fidem fefelliſſet vel attuliſſet vim, quaſi nunc nova electi auſpicia conſecrentur à deſtructione imaginum. 2. Effoſſione cinerum. 3. A direptione Eccleſiarum. 4. Occupatione bonorum Eccleſiæ. 5. A contemtu omnis pietatis.

In ſumma, gravamina Religionis, duorum templorum in fundis Eccleſiaſticis invitis dominis contra fas extructorum, & lite deſuper pendente Cæſare interpellato & ædificationem tantiſper intermitti mandante, defenſoribus Bohemicis contrarium jubentibus, tandem cauſa fundi dominis adjudicata dirutorum iterum, extenuatione excuſant. *fol.56.* ex geſtis ſub Mathia Imp. eodem præcipiente. *fol.55.* & Iuſtit. Imp. *propoſ. 12. fol.31.*

Ferdinandum Secundum aditum ad Cæſarem non interclusiſſe, nec cubiculi egiſſe præfectum Mathiæ Imperatoris. *fol.56.*

Imo facta negant. *fol.57.*

Exemplum Clœſelij nil ad Bohemos: Ferdinandum II.

non præcipuum ejus rei authorem *fol.53.Iur. hæred.*

II. Ad bellum reſpondent. 1. Rebelles Bohemos armaſſe prius *.fol* 57.*&* 58. Deinde falſam eſſe conſequentiam: Accerſivit Ferdinandus Secundus militem Gorirtienſem contra rebellantes Bohemos: Ergo invaſit Regni adminiſtrationem. Neutiquam illud adminiſtrat qui nondum poſſidet. Reſponſio ergo eſt, non ſibi ſed Mathiæ Primo illud quæſiviſſe. 2. Nihil contra conditiones juratas, hoc caſu, adjuvando patrem & dominum ſuum contra rebelles, feciſſe. Nec illius conſequentiam bonam: Ferdinandus Secundus præfuit comitijs Moravinis. Ergo fecit contra pacta, &c. exemplo Ferdinandi II. nomine Rodolphi Imperatoris in comitijs Imperialibus. Atque hæc de geſtis ſub Mathia, octo argumentis.

Poſt mortem Mathiæ Imperatoris de exercitu Cæſareo Ferdinando II obſtricto poſt, reſpondent: 1. Neceſſitatis fuiſſe, ob periculum Ferd. II. Bohemicum. *fol* 58. 2. A milite externo, Hiſpanico ſcilicet: eadem reſponſio, à conſequenti aliàs periculo. 3. ſævitiam militum abſque culpa Ferdinandi II. accidiſſe. Probant tum à clementia naturali ipſius; nihil illo clementius eſſe: tum, mala belli eſſe non imputanda regi. *fol.*58.*Iur hæredit.* 4. De Receptione officialium Bohemiæ: reſpondent; non proditores eſſe, nec regem prodidiſſe, nec patriam; aliàs nullam eſſe fidem & nullam juſtitiam. *fol.59.*

Pro quarta criminatione, ſive conſequenti primo Bohemico ad omnes tres cauſas; Ferdinandum Secundum eſſe everſorem libertatis, quia libera regis electione ſtatus exuere velit: reſpondent, non regnum ſed aliquos ex ſtatibus prætendere jus liberæ electionis; habuiſſe nunquam, & neminem exui veſte quam non habeat *fol.61.*

III. Secunda ratio conſequentis Bohemici, quinta criminatio

minatio ab Auſtriacis dicta, *fol.* 60 ob jugum Hiſpanicum, ratione pacti de Regno, eſſe oppreſſorem Regni: reſpondent, contra eſſe; avertiſſe Ferdinandum II. ne Hiſpanus (quamvis alioqui Auſtriacus) quod prætendebat jure potiretur.

De modo, tertio fundamento, ut dictum, Bohemico, nihil ſingularitatis in lure hæreditario Auſtriaco præter ſuperiora ad electionem Friderici V. per totum habetur; Palatinum eſſe intruſum, &c. & ſic cauſa principalis ubique præſupponitur in genere in ſpecie confert utriuſque Electionis comitia in qualitate & quantitate; Ferdinandi Secundi celebriora & liberiora, prædicans. *fol* 51. *Iur. hæredit.* De præſentationibus enim & corruptelis, ad quas forte alludit formula proſcript. *§ Bevorab in fin. Specul fol.* 33 expreſſe nihil Negantur à Palatinis, *d. loco* Inſimulatio de biennali affectatione Regni, *Informat ad Cancell. Bav. Anhalt p.* 2. *fol.* 155. diluitur, & expreſſe negatur. *Specul. fol.* 33. 3.

Videntur inferre Auſtriaci, frivolas cauſas abdicandi regis Ferdinandi II. à Bohemis afferri, per jura cauſæ principalis *ſpert.* 2. *& fol* 46 *Iur. hæredit.* & per conſequens, Fridericum V. non eſſe juxta Regni conſtitutionem adſcitum in Regem. Ergo non eſſe regem. *ibidem.*

Atque hæc de utriuſque argumentis, de abdicatione & nova electione; ubi contradictio partium vel maxime apparet. cæterum, ut ſuperius præoccupatum, eum noſtri inſtituti non ſit, Bohemicæ cauſæ telam ex profeſſo pertexere, ſed tantum pro neceſſitate cauſæ Friderici V. (qui ipſe actiones Bohemicas diſtinguit inferius part. 3.) rem ex publicis deducere; eatenus ſimul ſuperiora paucis perſtringemus.

Quoad jus, in theſi non contradictum, Ius electionis regulariter *Antitheſis, quoad* 1.

L 2

gulariter jus depoſitionis in ſe habere: In hypotheſi omne ex principali dependet, & quæſtio erit hic, cujus ſit cognitio? Bohemi ſibi vendicant per ſtatuta Regni, *ſupra*. Nec novum aliàs eſt, in hujuſmodi & ſimilibus publicis cognitionem in officio judicis vel quandoque penes partem læſam eſſe: ut hic jure & obſervantia ſupra probatur.

4. Quod attinet ad cauſas, hic in theſi non dubitati videtur in terminis habilibus Regni: In hypotheſi res in contradictione eſſe partim, partim æque ex principali cauſa determinanda, & ſubſiſtere ratione priorum duarum, perſecutionis religionis, & belli, in exceptionibus Ferdinandi II. 1. gravamina, quorum prætextu à Bohemis arma arrepta, Ferd. II. non concernere. 2. oblationem privilegiorum legitimorum, tempore ſibi plenariæ oblatæ regni adminiſtrationis, & ad quod jus rex legitimus Bohemiæ teneatur, a Ferdinando Secundo factam. 3. Bellum à Ferdinando Secundo, fruſtratis hac oblatione & inducijs jam exercitui ſuo mandatis, ut item tractatibus concordiæ per publicas Bohemorum violationes pacis & violentias, commotum, expeditionem Mathiæ Imperatoris ſive apparatum relictum continuaſſe. *formul. proſcript. §. haben wir. & §. ſonder wir. Specul fol* 27.28.

Perſecutio & bellum.

Primæ exceptioni reſpondet Specul. quod ſimul velit eſſe hæres *fol.* 29. Secundo, ratione privilegiorum & intentionis Auſtriacæ, Num compatibilia ſint? quidque legitimum nec ne? ex præcedentibus & principali æque manifeſtum erit. De tertia ratione, belli & induciarum, ex collatione temporis initij, *d. N.* 65. *& N.* 66. omnique actione & toto contextu præſenti, (dum Francofurti induciæ Bohemicæ ne ab Electoribus quidem impetratæ. *Spec. f.* 6 *f.* 17.20.21.) facile conſtabit, ut item de futuro periculo Bohemiæ, ex ipſo ſtatu præſenti Boh. in ſacris & profanis.

Ter-

Tertia cauſa, pacti Hiſpanici, in facto non contradicitur: interim rationibus Bohemicis, dum naturam Regni & libertatem id pervertere contendit, non videtur ſatisfactum averſionis exceptione. Majoris declarationis gratia altius ex ipſis tractatibus & toto cauſæ contextu præſenti repetere, non abs re erit. Tranſigitur inter partes de ſucceſſione regni Vngariæ & Bohemiæ, quorum poſterius hic in lite eſt. *N.49. & 50. deduct. Boh.* *Pactum Hiſpanicum*

Fundamentum tranſactionis ex parte Hiſpanica neceſſariò quadruplex eſt. 1. Ius primogenituræ; ut Rex Hiſpaniæ, tanquam Annæ (reginæ & uxoris; ſic ipſius Ferdinandi I. Imperatoris) pronepos, per filij ipſius primogeniti Maximiliani II. Imp. lineam rectam, hujus filiam ſibi matrem habeat: & ſic ratione lineæ & gradus quoque proximior eſt Mathiæ defuncto Imperatori. 2. Vt ſit ſucceſſio fœminina in hoc Bohemiæ regno. 3. Vt in tantum ſit fœminina ut ſimul maſculos remotiores excludat, ut hic Ferd. II cum fratribus. 4. Vt Renuntiatio matris Hiſpanicæ filiæ Maximiliani II. Imperatoris, & excluſio per maſculos tunc facta, nullius ſit amplius valoris.

Ferdinandi II. Imperatoris verti videtur jus, præſuppoſita ſucceſſione regni Bohemiæ, æque ut caſu Hiſpanico, 1. jure feudi ratione maſculinitatis fœminas abſque conſideratione proximitatis excludentis. 2. In ipſa renuntiatione in favorem maſculorum deſcendentium Imp. Ferdinand. I an. 1571. facta, *d. N.* 50. & ſubſequuta excluſione per maſculos tunc extantes.

Ex ſuperioribus cuivis obvium eſt, eſſe tranſactionem de re, ſive corio alieno, Nullam probatam ſucceſſionem per ſe, & illa data ratione continuationis ſanguinis regij; nec jus primogenituræ nec lineam nec gradum ullum reperiri ut ab origine regni & allegatis domibus, in Alberti II

Imperatoris, imo Annæ & Ferdinandi I. deſcendentibus, & adhuc ſuperſtitibus, jus ſanguinis habentibus, ulterius amplificari & dilatari poſſet. Imo ſi jus primogenituræ foret; cur Anna excluſiſſet patruum Sigiſmundum Poloniæ, ut dictum, & jam mater Hiſpanica aut hujus deſcendentes Ferdinandum Secundum? Lineæ ratio allegatur ab Hiſpanis; atqui nec Caroli Quarti declaratio, nec Vladiſlai diſpoſitio, nec Ferd. I reverſales aut tractatus ſubſequentes quilibet id volunt; Nec bulla Imperij aut ratione primogenituræ præferri fœminas. Ergo inauditum erit ratione ſexus & primogenituræ.

In hypotheſi duplex injuria ineſt in maſculis. ob ſexum. Dum enim per pactum Ferdinandus II. cum ſuis maſculis ſolus admittitur, fratres ejuſdem excluduntur; imo horum maſculi cum fœminis Ferdinandi Secundi & maſculis per eorum fœminas venientibus, nulla habita ratione lineæ aut gradus, exiſtente caſu ſucceſſionis Hiſpanicæ, maſculis ſcilicet Ferd. II deficientibus, quocunque tempore & quacunque linea diſtantibus & gradu ab Hiſpanis, contra jura prærogativæ ſexus proximitatis, *2. f. tit. 50. in fin. & tit. 51. § ſimiliter*. excluſionis & renuntiationis; imo ipſum pactum 1571. modo. & quo jure aut æquitate fœmina mater Hiſpanica filia Maximiliani Secundi Imperatoris ſemel excluſa per maſculos fratres ſuos, jam excluderet Ferdinandum II cum d. fratribus Leopoldo & Carolo Archiducibus, ſi aliter tranſactione hac nova opus eſt; aut Ferdinando II cum ſuis ſolum maſculis admiſſo, per pactum excluderentur reliqui d. fratres cum ſua poſteritate? contra jura & pactum expreſſum de Ferdinandi Primi maſculis.

Nulla ergo tranſactionis cauſa ex jure aut pacto ſubeſt. uti *dd.* omnes conſentiunt.

Nec

Nec obſtat, aliàs Vaſſallis liberum eſſe, inter ſe citra præjudicium feudi convenire. *2 feud tit 49.*

Reſponſio hic ex præcedentibus plana; an ſit abſque præjudicio? Effectus hinc novi hujus pacti, ut primo omnium Bohemiæ regnum quæratur Hiſpanicæ familiæ. (prætextu ſanguinis Bohemici per fœminam, ut dictum.) 2. Ei prærogativa ſucceſſionis præ maſculis Ferdinandi I. Imperatoris & fœminis (unius Ferdinandi II. maſculis exceptis) conſtituatur. 3. Provincia aliqua, prima occaſione, conventioni à Ferdinando Secundo addatur. Palatini verentur in genere ne Palatinatus dudum ab Hiſpanis ſpectetur. *Prodromo. N. 3. fol. 40. Speculo fol. 125. in fin.* Atque cuncta hæc contra jura Imperij, pactum primum: & ipſius Regni Bohemiæ jura & privilegia, cujus intuitu declaratio prolixior facta.

Nec quicquam confirmabit ratificatio Imperatoris Mathiæ & confirmatio ejuſdem Cæſarea. *N.* 51. & 52.

Quoad privatum jus Domus, ex ſuperioribus liquet.

Quoad authoritatem Cæſaream, ex capitulat. *Art* 28. cum ejus non ſit, ejuſmodi feuda Imperij ita transferre, *per ſ dicta.* & jura regni Bohemiæ. *per ſupra dicta.* Imo res privata domus agitur. *in verbis & fine tractatus.* & quidem remuneratoria Hiſpaniæ, quæ juverit in hiſce partibus. *d l.* Et utrinque ſimul obligatoria, mediante matrimonio filiæ Hiſpanicæ procurandę filio Ferdinandi Secundi. Hic vinculum conventionis filia Maria Hiſpanica, *infertur parte* 3. eſca complurium tractatuum fruſtra inſtitutorum.

Meritòne Bohemus pactum ſuſpectum, & tanquam juri Regni & libertati contrarium, contradictum & impugnatum, totus contextus demonſtrat.

Ratione modi abdicationis quo ſe Bohemi tuentur, jure & obſervantia, cauſis, ut dictum, exceptis, nihil ulterius

con-

contradicitur fere. Bohemi cum allegatione ſummæ neceſſitatis caſu uſitatum & ſtatutis regni præſcriptum, ab utriuſque Religionis hominibus obſervatum modum, ut item poſtmodum Electionem Friderici V. unanimi utriuſque confeſſionis conſenſu peractam perhibent.

Cum vero nihil admodum ſiniſtri argui hic videatur, reliqua à principali dependeant, nemini injuriam faciat qui jure ſuo utatur, *l. factum* 155. *de R. I. l. 12. ff. de vi.* concludamus ad ſuperiora:

Electio Friderici V. Tandem liquidum eſſe, electionem Friderici V. puram & hactenus legitimam, regni traditione perfectam & per poſſeſſionem juſtam ad violentam deturbationem uſque continuatam;

Proinde conditionali Ferdinandinæ ad effectum non productæ præferendam eſſe.

Non obſtante caſſatione Ferdinandi II, tam peculiari quam repetita *formula proſcriptionis* §. *alſo auch &* §. *durch annehmung*. cum tanquam rex Bohemiæ id non poſſit, neque ut Imperator, ſive cauſa hic privata ſive aliàs publica; uti ex præcedentibus videre eſt, & ſequentibus clarum fiet. Plures rationes in hypotheſi hoſtilitatis ante declaratæ & invaſionis Palatinatus habet Speculum. *fol.* 41. 42. *& ſeqq.*

Et pro finali concluſione hujus partis ſecundæ, perſpicuum; Iura cuncta Ferdinandi II, Friderico V. hactenus neutiquam, nec Electionis, ut modo dictum, nec hæreditatis, nec inveſtituræ, minus belli, obſtare: ſed jus electionis puræ firmius cum pari hæreditatis ſive ſanguinis (Electio jam vel receptio nuncupetur) pro eodem præſto eſſe; & ſi quid ulterius de facto vel jure contra eum proferri queat.

Ejuſdem oblatione juris & æqui, nec præjudicium cauſæ fie-

Google

ſæ fieri, nec legitimum Imperij ordinem juris interverti; ſed omni ratione ſatisfactum Imperio, & parti quoque adverſæ ejus deſuper acquieſcendum fuiſſe: ut hactenus præcedentibus duabus partibus videre fuit, & ex ſequentibus accuratius conſtabit, ad quę justo ordine transimus.

Pars Tertia.

De

IVDICIO.

Iudicium in hypotheſi pro qualitate objecti ſive cauſarum principalium & incidentium, biſariam videtur poſſe conſtitui. Ex parte altera ratione Imperij: cùm ratione ipſius Regni Bohemiæ, tanquam Electoratus, & ſic intereſſe Imperij tum ratione Friderici V perſonæ, ac ipſius bonorum, Electoratus nimirum & Palatinatus, funeſta hac clade & calamitate Imperij, bello ſimul implicati, fere funditus peſſundati. Ex parte altera ratione Regni Bohemiæ per ſe; idque iterum dupliciter: tam ratione Regis Bohemiæ, quid ille Iurisdictionis habeat? & modi legitimi ejuſdem · quam ſtatuum Regni juris ſive cognitionis de rebus Regni & Rege ipſo · deinde ratione proceſſus & hic legitimi. Verum, ut dictum ſæpius, cum non ſit hujus inſtituti, de Regno Bohemiæ, ejus jure & qualitatibus, aliter quam pro hypotheſeos neceſſitate tractare; eo quod totus cauſæ præſentis cum Friderico V. proceſſus non alio quam Imperij jure inſtitutus appareat, cuncta formula banni Friderici V, de jure Regni inſuper utriuſque ratione pro caſu præſenti parte ſecunda abunde dictum, unde pro noſtro negotio ſat colligere liceat: Ideo, ſiquidem ratione Imperij intereſſe quid hic altioris indaginis teſtaret, ſuo loco, ubi maxime de Imperij judicio in hypotheſi legitimo mox diſquiſitio obvia

M erit,

erit, relinquendum. Proceſſus jam in noſtro caſu, à parte Ferdinandi II. ex delicto Friderici V. notorio, fundari videtur jure & facto.

1. crimenlæſæ Maieſtatis.

2. fractæ pacis.

Facto, diverſis criminibus notorijs per mundum & permanentibus In ſpecie, crimine læſæ majeſtatis: contra id allegatur Conſtitutio Imperij. *Formula proſcriptionis.* § *Hat er ſich noch* & fractæ pacis publicæ profanæ & religionis. § *geſtalt dan obgedachter Pfaltzgr.* & §. *hierummen dan. Capitulatione Cæſarea & Bulla Aurea* (*ratione motuum & illicitarum confœderationum contra ſtatus.*) & ſic fundatur officio Cæſaris ad Iuſtitiam & pacem Imperij tanquam ſupremam legem obligati § *VVabey wir auch Zu Kayſ &c.* Plura adhæc delicta & crimina cumulantur, uti in facti qualitatibus occurret: quæ eo commodius reſervanda, quod per ſupra dicta duo in effectu abſorbeantur, ratione pœnæ ſcilicet, & tantum per conſequentiam venire vel probationi ſive deductioni ſuperiorum inſervire videantur.

Ratio ordinis

Verum cum ita fundamentum totius proceſſus, formula banni, notorietate criminis fundetur, probetur & executio fieri dicatur, de facto autem & qualitatibus ejus inter partes nequaquam conveniat, ut ex ſequentibus apparebit; primo omnium facti quæſtio cœteris judicii partibus, in juriſdictione & modo procedendi poſt abſolvendis, præmittenda erit. Æque ob cujuſdam patroni Auſtriaci ſcriptum, Iuſtitia Imperialis indigetatum, proceſſum banni libello ſuo tribus fundamentis juſtificantis. *fol.* 73. idq; per totum libellum per notorietatem criminum. ſicut inferius pluribus videre eſt. Sit ergo præjudicialis totius proceſſus ſive judicii hujus quæſtio, objecti ſive cauſæ, quæ, ut dictum, reliquis non modo communicat, ſed utriuſque fundamentum conſtituitur.

Factum cum qualitatibus deſumendum ex dicta formula

mula declarationis banni; ſuprà poſita crimina duo ex ſubſequentibus actionibus tanquam notoria proponuntur & fundantur.

1. Fridericum V. contra leges fundamentales Imperij & Electoratus Bohemiæ, ac privilegia Regni, de facto & vi, abſque cognitione judicis, Regno Bohemiæ privaſſe Ferdinandum Secundum. §. *de facto. Vnerkanter ſach. & ſeq.* §. *durch annehmung.* *Capita accuſationis.*

2. Fridericum V. hac ratione factum caput rebellium Bohemorum, & ſic totius rebellionis complicem.

3. Exercitum eorundem Bohemorum & rebellium aliorum, pro intentione ſua vi manutenenda, ad Regiam Imperatoris & in conſpectum educendum curaſſe Fridericum V; re ipſa patrando, quidquid ad imminutionem Cæſareæ authoritatis, Ferdinandi II. damnum & exitium ſpectare potuerit. *formula* §. *ſondern auch.* §. *ſichthatlicher vnd.*

4. Fridericum V, cum adhærentibus rebellibus, contra Ferdinandum Secundum, tanquam Imperatorem præſentem, Regem & ſuperiorem & territorij dominum, in adjumentum Bohemorum apprime pernicioſas & ſuſpectas confœderationes & uniones iniiſſe §. *Vnd dardurch.*

5. Eundem Fridericum V. omnis generis machinationes pericuioſas & tales foviſſe qualibus mediantibus univerſalis Chriſtiani nominis hoſtis hæreditarius Turca faciliime in eas regiones propugnaculum Imperij ſemper habitas illici & huſce moribus implicari potuiſſet. §. *Auch ſonſten.*

Et hæc de facto, ut appellatur, notorio Friderici V; quod recapitulatur, de rebellionis Bohemiæ & contumelioſarum injuriarum, cujus Fridericus V. ſe complicem fecerit, crimine, de vi & vi armata ac machinationibus. §. *Notorietas.*

 VVie

VVie nu er Pfaltzgr. ad imminutionem honoris ſui Cæſaris & domini.

Permanentia. Et ſubjungitur altera qualitas, permanentiæ ſcilicet; ob continuationem belli, conventus Sileſiæ, & contributiones, uſurpationem regij tituli, coronæ & inſignium; quod factum cunctum cum qualitatibus probatur. *Notorio mundi & manifeſto ac permanenti, quibus varijs modis crimen læſæ majeſtatis Fridericus V commiſerit.* §. *hat er ſich noch.*

Contra perſonam Ferdinandi II Imperat. Atque hæc crimina ſimul non tantum contra Imperatorem Ferdinandum Secundum & authoritatem Cæſaream, perſonam, exiſtimationem, incolumitatem, *d.* §. *vvie nun er Pfaltzgr. &* § *ſonderlich in dem. &* § *das groſte vnd. & paſſim.* ſed contra ſtatum Imperij. *Contra ſtatum Imperij.* 1. Ob everſionem legum fundamentalium tentatam hac acceptione Electionis à Friderico V. §. *durch annehmung.* 2. Ob periculum Imperij, ratione factionum ſeu fœderationum illegitimarum, motuum, ſcriptionis, & collectionis militis per Imperium univerſum, & quidem militis externi, & ejuſdem in & per Imperium tranſductionis, concitationis dominorum exterorum contra Imperatorem. §. *geſtolt dan.* Quod in detrimentum Imperatoris & Imperij majus, & incrementum hoſtis hæreditarij contra Chriſtianos evidens, Hungariæ Ferdinandi II. regnum ad ſimilem rebellionem & defectionem concitare, cum hæreditario hoſte Chriſtiani nominis & ejus adhærente principe Tranſylvano novum fœdus contra Ferdinandum Secundum ferire, & nationem illam cum alijs complicibus in haſce & reliquas Ferdinandi II hæreditarias ditiones allicere, Bohemi rebelles cum Friderico V. ipſorum capite conſtituto non ſint veriti. *ad 5. membrum. ſupra.* §. *geſtalt offternente.* Cum explicatione ulteriori fractæ pacis & violentiæ ob invaſionem Auſtriæ, *ut 3. membro dictum.* & fœderationum

num, inter cœteras, Auſtriacæ domus hæreditarijs cum ſubditis conſpirationis patratæ § *gevvaltbatiger vveis.* & § *ſeqq. alles vvieder clarliche. Videtur ad 4. membrum alludere; nihil ulterius exprimit.*

Legibus contrarium eſſe aſſeritur. Bullę, *ad tit. de conſpiratoribus:* paci publicæ & receſſibus Imperij diverſis, ubi in parentheſi ad patrocinium alienorum ſubditorum applicatur. *d* §.

Atque hæc de narratione criminum in genere & ſpecie, cum qualitatibus eorundem, ex dicta formula banni; Notorietatis ſcilicer & permanentiæ ſimul.

Quæ ulterius exaggerantur, & forte ad probandum dolum, ad dicta crimina deducuntur, cum alijs circumſtantijs compluribus Quatum præcipuæ. 1. Votum Francofurtenſe ipſius Friderici V. pro Imperatore Ferdinando Secundo, prius pro Electore Bohemiæ ab ipſo recognito. §. *Vnd daſelbſten.* & § *Das groſte und.* 2. Mandata avocatoria Imperatoris Mathiæ. 3. Contra Imperij conſtitutiones & Electorum olim confirmationes. *in prin. ſc.* § *gleich eben zu.* §. *ſie als vnſere.* § *durch annehmung* 4 Contra interpoſitionem Electorum ab ipſo ſimul Friderico V. Francofurri concluſam, & denuntiationem deſuper ad certum locum & diem à dicto collegio Electorali factam Bohemis. §. *ſonderen vvir haben* §. *Vnd ab vvahln vvir.* §. *Bevorab dievveiln.* *Exaggeratio.*

Ex quibus tandem concluditur & declaratur, Frid V. tanquam caput factum rebellium Bohemorum, læſorem & contemtorem Majeſtatis Cæſareæ, violatorem pacis publicæ & aliatum Imperij conſtitutionum ſalubrium in Imperatoris & Imperij bannum ipſo facto, & omnes & ſingulas mulctas & pœnas quas hujuſmodi banni declaratio jure & conſuetudine ſecum trahit, incidiſſe § *So haben wir.*

Atque tantum de facto & qualitatibus facti ſive juris applicatione ſeu conſtitutionum, ex declaratione banni, juxta quam merito hujus proceſſus qualitas ponderanda.

Majoris tamen perſpicuitatis gratia de ſuperfluo quaſi addere viſum; dictum patronum Iuſtit Imp. *propoſ.* 14 *f.* 39. facta fere eodem modo (cum deductionibus paſſim) recenſere: *Facta illa ſunt aperta*, inquit. 1. *quod nimirum*
Acceptatio Boh. coronæ. *Fridericus V. coronam Bohemiæ acceptaverit.* 2. *Quod eam multo tempore tanquam ſuam detinuerit.* 3. *Bello*, 4. *externis fœderi-*
2 Detentio. 3 Bellum. 4. Externa fœdera. 5 Hoſtilitates. *bus*, 5. *alyſque hoſtilitatibus propugnaverit.* &c. *Hac ex fide*, addit, *publica nota ſunt*. Quæ poſtea ſex argumentis ibidem ad violationem pacis publicæ applicate inſtituit tanquam qualitatibus. *f* 39. Crimen læſæ Majeſtatis & perduellionis à Friderico V. quatuor argumentis, & tanquam contra Imperatorem commiſſum, ſex argumentis inſuper probare intendit. *propoſ.* 15. *ut item propoſ* 16. *non fuiſſe cauſam privatam.* Vnico notorio crimina intentata probari,
Notorium ratione Bohemiæ rebellionis, *propoſ.* 12. *&* 13. ratione Friderici V. *d. propoſ.* 14. *&* 15. & totum proceſſum banni notorio tanquam fundamento banni, ut ipſe loquitur, *ad* 2. *criminationem*, *in fine principij libelli*, legitimari contendit. Ac in ſumma paſſim hæc tria præſupponit, tanquam
Præſuppoſitio trina. Notoria: 1. Iuſtitiam cauſæ ex jure Ferdinandi II. 2. deinde poſſeſſionis Ferdinandi II. 3. Rebellionis Bohemiæ. *propoſitionibus* 12. 13. 15. 17. 22. 23. & Friderici V. *fol* 72. Ius Ferdinandi II. ſcilicet, *propoſ.* 13. *fol.* 34. *propoſ.* 14. *fol.* 42. 43. *prop.* 24. *fol.* 78. poſſeſſionem Ferdinandi II, præſupponens, infert inde, liquidiſſimum eſſe quod omnes. Friderici Quinti defenſiones & exceptiones ſint frivolæ & abſque ratione *d propoſ.* 14. *fol.* 42. proteſtationem Friderici de ho-
Permanentia. nore ſive reſpectu Cæſaris eſſe nullam & contrariam factis publicis. *propoſ.* 15. *fol.* 49. Continuationem Friderici V.

ante

ante victoriam Pragenſem; poſt eandem, obſtinationem ejuſdem allegat. *propoſ* 24. *fol* 78. *in fin.* Huc referri poſſent, quæ ſubſequuta litura in Cancellar. Hiſpanic. paſſim de notorietate factorum proferuntur, *fol.* 108. 130. & in genere, *fol.* 50. *in verb. ipſe orbis teſtis eſt facinoris*; ſed prætereunda ex mente Authoris Iuſtitię Imperatoris, uti mox ſequitur. Hic dolum ex perſpicuis circumſtantijs, indicijs, & evidentia ipſius facti, extruit; ut hic ſint, vis publica, coadunatio hominum, incendium, hoſtilis invaſio territorij alieni &c. Violentiæ evidenti Friderici V. addit, verum dolum conſtare ex ipſa intentione ipſius, & quod tenebatur ſcite particulariter an poſſeſſio Regni Bohemiæ fuerit legitime vacans & an juſto titulo poſſit adire; poterat enim, inquit, facile ſcire quod non; quia res erat Notoria & quia tam ſæpe monitus erat ab Imperatore, Electoribus, & principibus, *fol.* 43. *& fol* 41. Amplius ait, potuiſſe quoque ex Cancellaria ſecreta Bohemis & comiti Palatino multa alia enormia crimina objici præter illa in ſuis propoſitionibus allata, id vero ſe non facere quia id Imperator non fecit in ſuo publicato banno pro quo agat: Imperatorem vero id non feciſſe, quia prudenter ex illis tantum procedere volebat quæ jam tum erant quaſi coram toto mundo notoria quæ item abunde & plus quam ſufficientia erant. Pro probatione autem affectatæ à Friderico V. mutationis legum fundamentalium Imperij, Bullæ Aureæ, conſtitutionum, refert ſe ad edita Ferdinandi II. & publicatum jus hæreditarium. *propoſ.* 15 *fol.* 48. Hinc non videtur immorandum eſſe alijs delictis & objectationibus. Feloniæ mentio fit incidenter in formula banni; & idem Author Auſtriacus eam ex conſequentia criminis læſæ Majeſtatis allegat *propoſ.* 15. *fol* 51 *in corollario.* ſubſequentes inprimis Litura paſſim urget. *fol.* 21.

Dolus.

Cancellaria non attendenda.

Felonia.

Sed,

Sed, ut dictum, priora crimina duo omnia Frid. V. bona allodialia & feudalia abſumerent, quæ ab Imperio renet; Auſtriacæ domus Vaſſallus non perhibetur. *Specul fal.96.*

Et hæc de facto & qualitatibus ejus ex parte Ferdinandi II; quibus, ut partibus ſuperioribus, ſubjicienda Friderici V. fundamenta.

Narratio facti Palatina. Scriptores pro Friderico V. & eatenus cauſa Bohemica publice exſtantes, factum principale per ſe fere eodem modo recenſere videntur. Nullitat. ſcriptor ita; *Inficias quidem nemo ire poteſt, ſed omnibus vulgo compertum eſt, Palatinum Electorem liberrimis procerum in Bohemia ſuffragys electum & ardentiſſimis postulationibus expugnatum diadema Bohemicum accepiſſe. & ſe in oblata, abſque vi & viribus apprehenſa, poſſeſſione, tueri & defendere conatum fuiſſe; ſub fin.* Factum autem conſtitutioni pacis fractæ, (nempe anni 1495,) quæ pro neceſſario præcipuoque fundamento ponat & requirat, ut perpetratum fractæ pacis facinus omnino notorium ſit & manifeſtum, adeo ut prorſus negari nequeat, *d.fol.*17. per omnia convenire negat per qualitates facti: *ibidem*. Factum autem hoc loci notorium eſſe & manifeſtum, inficias itur, & conſtanter crimen negatur. *fal.* 18 & 19. in ſpecie. Nec à ſubſequentibus aliter in effectu formari videtur. nullibi enim negatur acceptatio hæc, nec conjunctio Friderici V. cum Bohemis, tempore banni publicationis utraque notoria. *Speculo fol.* 48. 61. 85 & 86. *fal.*90. *& paſſim. In Not. ad vota Ratisb N.*28 *fol* 326. Saltem negant crimina l. Maieſtatis & fractæ pacis; conſtitutioneſq; ad factum hocce ſeu cauſam privatam accommodari poſſe, *Nullit. d fol* 18. *ſpecul fal* 141. *&* .42 *& litura. fol.* 68, pœna in illum ſtatuta ubi nullum delictum. Deinde negant, id ex aſſertione Ferdinandi Secundi nuda notorium eſſe. *Nullit fol.* 17. *& fol.*20. *Spec. fal.*62. 115. 116. *in fin.*

Statum

ſtatum controverſiæ de Regno Bohemiæ eſſe: Dum nimirum, Imperator Ferdinandus II. hæreditarium jus in Regno illo prætendit, & rejectionem & exauctorationem ſui contra æquitatem, jura & iuſtitiam, eſſe pertendit: Elector vero Palatinus contrarium defendere allaborat, ſeque legitimo modo moreque maiorum electum eſſe, & poſſeſſionem Regni vacantem iuſte apprehendiſſe evincit. *Nullit. fol.* 10. *ſpec. fol.* 47. Ac ex ipſis proſcriptionis verbis colligi luculenter, Nec Imperium nec Imperatorem, ut Imperatorem concernere. *d. Nullit. fol.* 10. *& ſeqq.* *1 Caſus.*

Sic quæſtionem & litem principalem, de Regno, & quatenus ſit vel hæreditarium vel electivum, inter Cæſarem, tanquam Archiducem Auſtriæ, & ſtatus Bohemiæ fuiſſe. Ubi in primis attendendum, cuius fuerit cognitio ſive deciſio? *Specul. fol.* 11. *&* 22. &, legumne Imperii vel Bohemiæ? *Informat. ad Cancell. p.* 1. *fol.* 55. *& pr in Notu. N.* 28. Modo ſecundum iura Regni (ex mente Bohemorum, ſtatuum) Friderico electo, & Regno acceptato, & nemine contradicente vacua & pleniſſima poſſeſſione apprehenſa, is iure, poſſeſſione Regni, & hæreditariis, de facto & vi deſtituatur. *Specul. fol.* 11.12. *2. Caſus.*

Et hæc de facto in genere; ubi non modo, ut dictum, notorium negatur, & *d. locis* probatio de jure civili & canonico affirmanti remittitur, ſed contrarium, unà & per partes, non eſſe notorium, obtenditur, in ſpecie, ratione rebellionis allegatæ Bohemiæ, quæ ubique fundamentum criminum in facto videtur, tam læſæ Majeſtatis quam pacis fractæ publicæ.

Notorietas Rebellionis ſive perduellionis, ut vocat Iuſtitia Imper. *fol* 45.46. negatur ratione Bohemiæ. 1. Ob defectum ſubjectionis ſimplicis, cum hic ſit reciproca obligatio & contradictio partium. *Specul. fol.* 4.5. in genere. *Notorietas rebellionis Boh.*

N 2. No-

2. Notorietatem cauſæ principalis non fuiſſe. *Notis Vot. Ratisb. N. 28 in fin.*

In ſpecie, 1. ob jura, privilegia, exemptionem, provincialem ordinationem, & officia, jus eligendi, ſaltem limitatum, & ſic dominatum non abſolutum Regis. *Specul. fol. 5 & rationibus Bohemicis ſuprà parte 2.* & differentiam inter ſubditos, ſtatus alicujus Imperii, & ordines Regni Bohemiæ, ac immunitatem ejuſdem. *Animadverſ. in litur fol. 44. & in genere de ſubjectione limitata. ibidem. Item de ſedis vacantia. f. 51. a.* Deinde à fine ſtatuum; non dolo malo in detrimentum Reipublicę non machinationes contra perſonam regis & ſalutem, ſed contra vim, pro libertatis & legum fundamentalium conſervatione, mutationes inceptas. *d. fol. 5. & 6. Specul.* Iuſtam autem cauſam etiam in ſeditione illius eſſe partis (*Bartoli ſententia*) quæ injuſtum regimen deponere vult: licitam, quæ ad bonum publicum tendit *ibidem.* 3. Bohemos remedium mali apud caput ſupremum & Electores quæſiviſſe cum oblatione debita: metu violentiæ aliquid apparatus defenſioni ac conſervationi patriæ, ſibi tanquam ſtatibus coronæ liciti, feciſſe *d. fol. 6.* 4. Neceſſitate belli defenſivi contra vim publicam ingentimilite extero & Barbaro illatam: poſthabitis nimirum à Ferdinando II complurium, Friderici V. inprimis, conſiliis fidelibus, utpote ad patriæ defenſionem jurejurando obſtrictos, proceſſiſſe *Specul fol. 7. Animad. in lit. fol. 48 & ſuprà part. 2.* 5. Opinione communi in Imperio durantibus per biennium motibus Bohemicis (ab anno 1618, menſe Majo, ad Auguſtum uſque menſem 1619) interim ad requiſitionem Imperatoris nemo ideo ſe moverit in Imperio, *Specul fol. 7. & 8. Nullit fol. 21.* & extra Imperium. *Informat. ad Cancell. p. 1 c. 1. fol. 15* ab Evangelicis cauſa Bohemica pro cauſa communi habita. Nam ſi crimen

primò

primo notorium, ſecundo Imperij hic intereſſe, tertio turbæ conſtitutione fractæ pacis ſundatæ fuiſſent, ſtatim merito ſuccurrendum: quia præſuppoſita rebellione facti permanentis fuiſſet. *Specul. fol.* 8. 6. Declaratione Bavarica. *fol.* 71. *in fin.* 72. 73. cum allegatis ibidem. *Specul. & Nullit. fol.* 21. 7. Exemplo Sigiſmundi Imperatoris. *Specul. fol.* 73. 74. *in caſu fere ſimili.* 8. Argumento Archiducis Alberti & M. Spinolæ requiſitionis ac Ligæ declarationis. *Specul. fol.* 74. 75. *Nullit. d. fol.* 21. 9. Iudicio collegij Electoralis Francofurti; nam à Ferdinando Secundo interpoſitioni delatum, & res collegialiter non pro rebellione habita. *Specul. fol.* 29. & 30. 10. Ferdinandum Secundum nondum fuiſſe Imperatorem, & dignitatem Imperialem bonitati cauſæ nihil addere. *Informat. franc. fol.* 20 *in princ.*

Atque hæc pro hypotheſi: in theſi & jure aliàs, ubi lis ſit inter dominum & ſubjectos, ad hoc ut quis dicatur rebellis, requiri ſententiam declaratoriam. *per Gail.* 1. *obſ.* 17. *N.* 9. *Specul fol.* 8. imò uſitatam calumniam rebellionis eſſe. *fol.* 130. Ratione fractæ pacis, quæ, ut dictum, ex ſuperioribus pendet, negant, *Specul fol.* 150 pro ratione juris, quod nimirum ante banni declarationem fuerit contradictum; juris at eſſe quando controvertatur an ſit notorium? ut ſuper ipſa notorietate cognitio & ſententia requiratur. *Nullit. f.* 20. Poſt, *paſſim*, Fridericum V. neminem contra pacem publicam hoſtiliter & offenſive aggreſſum fuiſſe. *Notu ad Vot. R. N.* 28. Et, *N.* 21. in Imperio pacem non violatam à Friderico V; Electionem acceptaſſe Bohemiæ; in defenſione contra Buquoium tanquam primum aggreſſorem ſtatibus auxilium tuliſſe. *Notu. N.* 13. Et Ligam non modo bello Bohemico copiis ſuis ſe miſcuiſſe; verum Moguntinum Electorem, Spirenſem Epiſcopum, cum reliquis ad Rhenum, invaſionem Palatinatus Hiſpanicam viribus *Fracta pacem.*

 omni-

omnibus promoviſſe; Superiorem poſtmodum Palatinatum & reſiduum inferioris exercitu ſuo ipſius per ducem Tillium invaſiſſe. *N 23.* hinc defenſionem Friderici V. neceſſariam fuiſſe & coactam *Animad. in lit. f* 18.

Læſa Majeſtatis Læſæ majeſtatis crimen æque pro notorio à collegio electorali Francofurti non habitum. *Spec fol.* 29 Deinde id eſſe eo caſu ubi Imperator tanquam Imperator & caput Imperij & quidem Imperij ratione læditur. *Spec f.* 61. Nec hic intereſſe Imperij notorium, per dictam opinionem Imperij communem ſupta ad requiſitionem Mathiæ Imperatoris. *Spec fol* 71. Ac ratione cauſæ principalis negatur crimen. *Informat ad Cancel. p. 1. c 6 fol.* 53 *& d. Notit. d. N. 28. ibi: Nec contra Imperium nec Imperatorem, &c. Animad. fol.* 47.

Vlterius & univerſaliter criminum inrenratorum notorietas pernegatur opinione Imperatoris & ejuſdem officialium: nominatim præſidis à Zollern. *Spec. fol* 151. In ſpecie *3. arg fol* 153. Ac commentum illud criminis notorij per deductiones & apologias Ordinum Bohemiæ irritum fictum affirmat *Nullit fol.* 21.

Ad crimina & qualitates hæc itidem, in genere; mox per partes ad facta objecta ſingulo tumque circumſtantias ſigillatim reſpondent.

De acceptatione coronæ; Fridericum V. Electionem Bohemicam pro legitimo titulo habuiſſe. *Specul. fol* 48. *Informat ad Cancell. d p* 1. *fol.* 55. deinde privilegia, Bullas, declarationes, eſſe altiotis indaginis. *Spec. f.* 51. Et Bullam Imperij regnum electivum exprimere. *Infor. ad Canc. p. 1. f.* 52.

Ad 1. caput accuſationis de vi privato Ferdinando II, ſupra dictum, Fridericum V. nemine contradicente poſſeſſionem vacuam & pleniſſimam apprehendiſſe. *Nullit. fol* 17. *Specul fol.* 11 *Animad in lit fol.* 25. Ergo negant articulum, acceptatione excepta.

Ad

Ad 2. caput accuſationis, falſo inferri, Frid. V. omnium Bohemiæ ſtatuum actionum & ſic alienum factum in ſe recepiſſe hac acceptatione: *Specul. d. fol. 48.* argumento Ferdinandi II ipſius, gravamina anteceſſoris à ſe declinantis: *fol. 49.* vel à Friderico V. expiandum eſſe. *Nullit. fol. 19. in princ.* Maxime tunc temporis non legitimo tramite probato crimine perduellionis adverſus Bohemiam, referunt ſe ad denuntiationem Friderici V. publicam & cauſas ibidem acceptationis coronæ. *Spec fol. 49.* nullam Friderici V. culpam eſſe ante ob præſidum injurias factum. Origo & cauſa mali deſcribitur. in Bohemia, præſidium injuriæ, dura & prærupta conſilia: Auſtria, prohibitio exercitij Evangelici in Vngaria, regimen Machiavellicum. Et ſic negant articulum. *Informat. Canc. p. 1 f. 56 & c. 5 per tot.*

3. De excurſione in Auſtriam: Negant æque, culpa vel dolo Friderici V. nondum tunc temporis electi, ſed à Bohemis neceſſitate & jure belli factam, repellendo & inſequendo exercitum hoſtium, Buquoium ſcilicet primum aggreſſorem *Nul f. 19 Spec f. 52 ſ. p. 2. Animad in lit. pag. 35. Notis ad Vot. Ratisb. N. 13.* Imo Auſtriam ſe ipſam eximere à pace publica *Specul.* & ſic fruſtra regis auxilium implorare.

4. In genere confœderationes objiciuntur. Referunt ſe ad articulos eorundem publice extantes, unde appareat, Num ſcilicet à Friderico V. contra Imperatorem initæ defenſionis, & approbatas cum Hungaria ab Imperatore Mathia, *Specul fol. 55.* & vicinis; ſciente & permittente Mathia Imp. *Inform ad Canc. p. 1. c. 5.* alias pro tuenda libertate Germaniæ nihil novitatis in Imperio eſſe. *d. Informat p. 1. c. 3 fol 36. exemplis ibidem.* In ſpecie in formula Banni narratur conſpiratio cum proprijs ſubditis hæreditariis Auſtriacis. *d. §. gewaltthatiger weis.* Reſpondent, ſta-

ribus Auſtriacis, Bohemicis, & alijs vicinis, Hungaricis quoque, jure libertatis, ut ipſi arbitrantur, & conſuetudinis antiquæ, alijſque allegatis & juſtificandis cauſis, confœderationes intercedere mutuas. Injuria ergo, conſpirationes & ſeductiones ſubditorum hæreditariorum Friderico V. imputari; Bullam Auream, pacem publicam & conſtitutiones Imperij contra eum impertinenter allegari, quæ contrahentes & ſancientes concernant tantum tam quoad obſervationem quam quoad pœnam enm executione Bohemiæ, *N.* 1. *Specul. fol* 88. & quidem omnimoda. *Nullit fol.* 22. Iuſtitia Imperatoris, *d. propoſ.* 14. *fol.* 40. aſſeritur, Frid. V excitaſſe ad rebellionem; vel etiam, ſi forte hoc ita ſe necdum habeat, eos tamen manifeſte rebelles in fœdus ſuum, patrocinium & protectionem ſuſcepiſſe. Reſpondent iterum, Auſtriæ ſtatus ſingulari privilegiorum jure niti; rebellionis crimen ex eo inficiari. *Inform. ad Cancel. p.* 1. *fol* 169. rationibus & exemplis. *fol. ſeq. & p.* 2. *c.* 7.

5. Machinationes Friderici V. quibus Turca attrahi potuiſſet, in genere & præſumtione poſitæ, poſtmodum formula proſcriptionis, §. *geſtalt eſtornante*, directò ad promotionem Turcæ contra Chriſtianos; & in ſpecie declarantur de excitatione Hungariæ ad parem rebellionem, nova confœderatione cum Turca & ejus adhærente principe Tranſylvano contra Ferd. II. ineunda.

1. In genere reſpondetur, eſſe calumniam ad oppreſſionem alterius conſuetam; allatis exemplis *prodromo fol.* 27. *Specul. fol.* 57. 132. & negatur pure intentio Auſtriaca. *d. l. & fol.* 131. referendo ſe ad Inſtructionem legati *N.* 18. *Speculi* extantem. *Animad. in lit. fol.* 43. *&* 49.

2. In ſpecie, Vngaricas confœderationes nihil delicti habere, vel ſaltem ratione Friderici V: quia Tranſylvanus

& ſtatus

& ſtatus Hungarici arma ſuſhſerint ante Electionem Friderici V. & confœderationem, *Spec. ad fol.* 131. abſque culpa Friderici. *Inform ad Cancel. d. p. 1. d fol.* 56 *& p. 2. c. 8 fol.* 172. Imo ipſam confœderationem eſſe contra Turcam. *articulo 6. fœderis. Specul. fol* 56. & ſic contrarium eſſe verum. *Specul. f.* 132 *Prodrom fol* 27 Exemplo non novum eſſe. *Specul. fol.* 134. Papam caſu neceſſitatis auxilium Turcicum non dedignari. *Animad. in litur. fol.* 62.

3. Principem Tranſylvanum (ratione Friderici V. & ejus conjunctionis) modo calumniis, modo titulo principis & amici Imperij ab adverſarijs affici, pro ſcopo tragœdiæ Evangelicæ, ac principatibus Sileſiæ dotati *Specul fol.* 133. 134. à Cæſarianis offenſum. *Informat ad Cancell ſ. d. fol.* 56 *p.* 1. *& fol.* 26. 177. *&* 178. *p* 2. *Animad. in lit. fol.* 60. 61. Contra, Turcicæ legationis ſcopum fuiſſe pacem & ſecuritatem Chriſtianorum & Imperij. *Specul. fol.* 152 quam Nullitatis author quinque argumentis probat non contra leges aut ſalutem Imperij factam, *fol.* 19. & à Friderico V quidem ceu rege Bohemiæ. Præterea in formalibus quoque reliquis Chriſtianorum ablegationibus eò, ipſa inſtructio ſe accomodet. *d. N.* 18. *& Informat. ad Cancel p.* 1. *c.* 13. *fol.* 113.

Et tantum de ipſo facto ejuſque qualitatibus & circumſtantiis. Ratione pacis Religionis formula proſcriptionis allegatæ nihil expreſſum reperitur Iure hæreditario Auſtriaco. De ſactario aulico Pragenſi forte imaginibus exuto ante bannum, incidenter mentio occurrit. In Imperio, nec formula banni, nec Iuſtitia Imp. quicquam expreſſi. Excuſatur *Informat. Cancel. p.* 2. *c.* 6. *f.* 167. *Animad. in lit. fol.* 16.

Quod ad probationes: ſupra dictum, Notorietatis allegationem falſam præſuppoſitionem dici; ut item, in votis *Probationes 1. Notorie.*

Eccle-

tatis. Eccleſiaſticis, *in Notis ad Vota Ratisb. d.N.23.fol.*326. contrarium quoque probando afferri.

2. Permanentia. Alteram, permanentiæ nimirum, de bello negant. *Animad.in lit.fol.*18. Deinde ratione juris Friderici V reſpondent, eſſe continuationem juris, quo ob vim aut contradictionem adverſarij nemo prohibeatur uti & licitam defenſionem contra hoſtes. Hic reſpectum Cæſaris obſervatum, *Specul fol* 60 *de reſpectu Imperatoris paſſim in Speculo. & fol.*68. re ipſa hactenus & debita oblatione. *fol* 53. *Informat. ad Cancell.p.2.c.3.f.*153 quæ exhibetur Regis M. Britanniæ, nomine Friderici V. *Notis ad Vota Ratisb.N.*25. *& infra pluribus de oblatione* Subſequentia excuſantur ſtrepitu armorum. *Animad.f* 61 Imo Imperio nil quicquam decedere ſive hic ſive ille Regnum Bohemiæ obtineat: & litem privatam inter duos eſſe. *Nullit.fol.*11. *in princ.* Imperatori porro ſuam dignitatem, honorem & exiſtimationem, etiamſi diademate ſceptroque Bohemico non portatur, conſtare & illibatam integramque manere, aut aliquis ei jus ſuum ferro & armis aſſerenti reſiſtat & obluctetur, præſertim quando illud nec in præjudicium nec in contemtum Imperatorij faſtigij fiat. *d fol.*11. & *Specul.fol.*70. *&* 151. Sicut Elector Palatinus ſexcenties, ſe Cæſaris authoritati & exiſtimationi nequicquam detractum ire velle, propalam proteſtatus fuit. *d fol.*11.

3. Doli. . Dolum contra Fridericum V, proſcriptione dicta non probari, luce meridiana clarius probandum. *Specul fol.*49. & qui pro ſubſtantiali requiſito in conſtitutione pacis publicæ ponatur *Nullit fol.*18. *Informat. adCanc.p.*1 *c.*6. *fol.*53. & quamlibet cauſam levem etiam & injuſtam ab eo excuſare. *Menoch in terminis, recuperand. remed.* 5. *N.* 52. *& alij.* Ac dolum & fraudem nec commiſſam nec cogitatam quidem, tribus argumentis; 1. per ipſam formulam proſcriptio-

ſcriptionis; ubi aſſeratur, Fridericum V. ſub initia ſtatim ſuſcitatorum in Bohemia motuum omni ſtudio gliſcentes flammas ſopire & fluctus diſcordiarum componere conatum. 2. Proteſtatione ejuſdem coram Deo & hominibus (de vocatione ſui) publice facta. 3. quod electionem clam non habuerit, ſed ſuis Coëlectoribus & aliis miſſis legatis & literis patefecerit. *Nullit. fol.* 18. Vna ſingulis objectionibus reſpondent:

1. Ratione voti Friderici V. Francofurti: referunt ſe ad præſentes in conclavi tempore electionis imperialis, *Specul. fol.* 68. & ad modum, *fol.* 25 26. *&* 31. & Recognitionis Ferdinandi II pro rege Bohemiæ. Vbique expreſſam Bohemicæ cauſæ reſervationem allegant. *Speculo fol.* 26. 53. 68. nec ejus loci aut temporis tunc fuiſſe. *Informat. ad Canc. p.* 2. *c.* 2. *fol.* 152. *& c.* 3. ad prothocollum ipſum & proteſtationem ſuam ſe referentes. *Animad fol.* 62.

2. Avocatoria Mathiæ Imperatoris ſingulariter Friderico V. inſonti nil obeſſe; cum utrique ſtatus Catholici Papiſtici æque ac Evangelici neutrius partibus ſe addixerint nec juverint: imo dux Bavariæ interpoſitionis curam cum aliis ſuſcipere dudum recuſarit. *Spec fol.* 49. 50. 71. 72. cum aliis *ibidem* exemplis.

Ad 3, uti ſupra ad 1, facti caput, & circumſtantiam; nempe id eſſe altioris indaginis, replicant. *Spec. fol* 51. Imo Bullam Auream allegant, tribuentem jus Electionis in caſu vacationis Regni regnicolis. *ut ſupra per Informat. Canc. p.* 1. *c.* 6. *fol.* 50. *& ſeqq.* *Ratione exſist. & confirm. Elect.*

4. Interpoſitionem Electorum initio non probatam modo Electoribus Palatino & Saxoni ſed cum aliis ſolicitatam. Re vero pacis electioni Imperialis negotio poſthabita, & denunciatione & termino Ratisbonæ conveniendi ad trimeſtre rejecto, quo temporis intervallo ſuſ-

O pensione

penſione armorum à Ferd. II denegata omnia ſuſque deque verti poterant. nec te cum legatis Bohemicis communicata; (eorum petitis nunquam collegialiter tractatis, minus concluſis, ſed ſeorſim, vel inſcijs ſaltem ſecularibus Electoribus, ab Electore Moguntino cum repulſa audientiæ, & ſic ad extrema quæque remiſſis, & anſa præbita, *Specul. fol.* 31. 32) ſic à Palatino Electore moram non factam compoſitioni motus Bohemici, volunt. *fol.* 25. contrà ſuperiora cum mutuæ ſuſpenſions armorum recuſatione Ferdinandina & difficultate interpoſitionis Bavarica, *fol.* 21. & defectum aſſecurationis, Bohemis obſtaculo fuiſſe. *Inform. Concell. p. 1. c. 2. fol.* 17. *& p* 2. *c.* 1 *fol.* 151.

5. Dehortationis objectionibus opponunt oblationem Friderici V. ad jus & æquitatem ubique & perpetuo. *Specul fol* 60 Excuſationes & rationes publicas Friderici V. *Notis Votis Ratisb. N.* 5. *fol.* 301. & *ſuprà* rationes ad permanentiam.

6 Iuramenti non præſtiti: Reſpondetur cum diſtinctione Iuramenti electionis Francofurtenſis & fidelitatis Imperij prioris; cum expreſſa exceptione & reſervatione cauſæ Bohemicæ *Informat. Canc p.* 2 *c.* 3. *per tot.* à natura ſeparatorum. Poſterioris juramenti nondum præſtiti (ut proſcriptio loquitur *d. l.*) non obligantis Fridericum V. in cauſa privata Auſtriaca, *Nullit fol* 10. quatuor argumentis, & *fol.* 11. *&* 12. ab abſurdo & iniquitate amplius, obſervantia quoque allatis ibidem exemplis contraria, & *Specul. fol.* 93 per jus civile & feudale de effectu juramenti defuncti, quando & quatenus obliget, cum requiſitis ad crimen Feloniæ vel perjurij. *Gail. de pace publica lib.* 2. *cap.* 3. *Num* 10. *& ſeqq.*

In ſumma, calumniis & mendaciis ſe obrui conqueruntur, *Prodrom. fol.* 5, Scriptitationibus reliquis Cancellariæ

ſecretæ

ſecretæ & ſimilibus, opponunt Hiſpanicam, & informationem ad priorem.

Nova crimina afferri, ſed non probari; Manere Palatinum in prioribus terminis defenſionis, prout occaſiones ſe offerunt, quia adverſarij ejus in perſequendo illo pergant. *Animad. in lit. fol.* 61. & quidem Frid. V. coactum. *fol.* 18. Voto Colonienſi inſimulari novitatis in Imperio affectatæ, item inſidiarum adverſus perſonam Imperatoris, ſed falſo, nec probari. *Notis ad vota Ratisb. N.* 19. *&* 20. Item minitatum Fridericum V. compedes libertati Germanicę; ad imperium aſpiraſſe. *Animad. in lit. f.* 24. & 32. Et quæ paſſim ab adverſariis de permanentia Friderici V, non gratiam ſed bellum paraturi, ſparguntur, non potuiſſe cauſas eſſe banni, cum per rerum naturam cauſa effectu ſuo poſterior eſſe nequeat. *Animad. d. fol.* 18. *vide præfat p.* 2. *Informat. Cancell.* *Nova crimina.*

Inferunt ad ſuperiora, ob acceptationem Electionis Bohemicæ & coronationis, Fridericum V. pacem publicam non violaſſe, multo minus crimen læſæ majeſtatis commiſiſſe, cum recapitulatione definitionis criminis. l. Majeſtatis, de ſtatu Imperij & imperatoris perſona in Imperij fraudem aut damnum conſilij initi, aut armorũ ſumptorum; id quod hic Frid. V. nequaquam fecerit *Spec f.* 65. *preced. & ſubſeq.* Exemplis aliorum excuſant *Null. f.* 18. maxime vero ipſius Frid. V ſine actionis bono, in tantum ut etiam à pluribus factum ejus tanquam egregium & glorioſum, quo oppreſſis & ad incitas redactis ſuccurrere voluit, magno laudum præconio extollatur. *d. fol.* 18. *Prodr. fol.* 5. *Specul. fol.* 43. 152.

Et ſic conſequenter & finaliter concludunt, objecta crimina nequaquam, minus notorium multo ante declarationem banni publice contradictum probatum. *Nullit.*

lit. fol. 24. in fin. Speculo fol. 150.

Accuſatio Ferd. II. Sed per retorſionem in adverſarios, ſcriptis ipſorum & actionibus id conteſtantibus, *Specul. d. fol. 65. & d. l.* imo Notorietatem ex ipſis argumentis adverſis & conſtitutione allegata, objiciunt, publicam pacem Imperij in Bohemia & Palatinatu & infra poſitis locis violatam; & cum Imperator æque ac reliqui proceres Imperij conſtitutionum legibus ligetur, idem facinus, & quod ipſo facto vigore illius quod præſupponit abſque ulla declaratione in pœnam fractæ pacis inciderit. *Nullit. fol. 19.* Frid. V ſiquidem, præter violentam & armatam è regno Bohemiæ ejectionem, patrimonialibus inſuper bonis vi factoque deſtitui, clandeſtinis tractatibus, ligis, ſtipulationibus, prævijs illegitimis proſcriptionibus gravatum abſque ulla remiſſione perſecutionibus affligi. *Spec. fol. 12.* Idque extenditur ad ſubditorum abſtractionem, & violentam in religioſis & profanis in Palatinatu; *Spec. fol. 90.* imo invaſionem primam, & belli initium in territorio pupilli principis Ludovici Philippi (Friderici V fratris) abſque ulla denuntiatione, citatione aut cognitione, factum. *d. fol. 12.* Neque id prætextu militis hoſtilis eò locorum præſidiarij, quem invadendi Marchio Spinola ſatis cauſæ aut juris habuerit, excuſati: eò quod tempore expeditionis Moguntia Hunnorum dorſum (ſeu ditionem ita vulgo appellatam) verſus à Spinola inſtitutæ, major pars præſidij jam ex illis locis diſceſſerat; pupillus princeps nec directionem nec notitiam hujus habuerat; & ad querelas eo nomine Cæſari delatas, injuria agnita & ſpe fruſtra oſtenſa, Hiſpani reſiduam urbem Luterenſem cum præfectura, matri Friderici V viduæ Electrici habitationis loco olim aſſignatam, occuparit, adeo ut ne alimenta quidem pupillo principi ſuperſint. Alijs ſtatibus, principibus, comitibus, nobilibus,

bus, urbibus non minus accidiſſe. *Spec fol. 90. 91. litur fol. 72.*

Concludunt: ſi extra juriſdictionem conſtitutionis pacis in territorio quopiam quis violarit pacem; multo magis eum, qui ipſiſſimis terminis conſtitutionis, de juriſdictione conſtitutionis, & contra capitulationem Cæſaream. *Specul.* 119. 120 Haud ullam excuſationem mali inde communis Imperij ſubeſſe, cum ratione Friderici V rei, Imperium ſemper Iuris copiam aut æquitatis habuerit: Nec unquam Impetio utendum ſit, ubi legibus agi poſſit *Specul. fol. 120. litur fol. 84.* Nequaquam ergo excuſandum Imperii incendium; Dum ignis ſeu flammæ Bohemiæ jam multo tempore flagrantes (eò loci in cineribus opprimi potuiſſent initio) poſt in medium Imperium injectæ fuerint ex pactis ſingularibus & fœderibus ob certos & privatus reſpectus: *Specul. d. fol. 120 Nullit. fol 11. lit. fol. 69.* continuatione belli calamitatis Imperium in extremum adductum diſcrimen, Imo Germania exterorum prædæ, & barbarorum inceſtuoſæ & Sodomiticæ libidini, devaſtationi, & expilationi, crudelitati, & captivitati, Italis, Hiſpanis, Wallonibus, Coſſazis, Croatijs, & alijs nationi Germanicæ infenſis hoſtibus, inſtar contumelioſæ tragœdiæ Theatri, expoſita fuerit, contra omnia jura divina & humana, conſtitutiones Imperij, juratam Cæſaris capitulationem, ſtipulationes, ſincerationes. *Specul. fol. 121. litur. fol. 72.* de quibus pluribus inferius.

Atque hæc de facto, cauſa ſive objecto, tanquam baſi totius judicij, pro utriuſque facti narratione affirmativa vel negativa, juris applicatione & intentionis concluſione. Pergamus ad reliquas judicij hujus pro neceſſitate hypotheſeos partes, Iuriſdictionem & modum proceſſus; & tandem ad ſingulorum declarationem & deciſionem legibus & obſervantiæ Imperii conſentaneam.

Iuriſdictio Ferd. II. Sequuntur reliquæ judicij partes, & primo loco juriſdictio Imperaroris, quæ ex dicto nororio fractæ pacis fundari videtur formula banni, conſtirurionibus Imperij, Bulla aurea, capirulatione Cæſarea, officio Imperaroris; & fine Iuſtitiæ & pacis, ſaluteque populi; ut ſupra dictum.

Theſis. Expreſſius paulo juſtitiæ Imperialis author, *propoſ.* 19 ita quæſtionem format ſive deciſionem in theſi; Imperator contra notorium publicæ pacis violatorem & perduellem abſque conventu ſtatuum Imperij vel ſaltem Electorum ſenrentiam banni declarare poteſt. Argumentis quatuor anre in genere ptopoſitione ſeptima, & hac propoſitione 19. ſeprem; ex conſtitutionibus, ordinatione Cameræ, obſervantia, abſurdo executionis licitæ & non declarationis: denique unitorum Germaniæ confeſſione Norinbergæ anno 1615. facta. *fol.* 54.

Ad Capitulationis Cæſareæ objectionem reſpondet, conſtiturіones in notorijs per eam non immutatas. *fol.* 28. Nam 1. Electores id non poſſe, ſed omnes imperij ſtatus. *fol.* 28. *Ardua cauſa.* 2 Diſtinguenda eſſe ardua; quæ ſint duplici ratione, vel quæ quoad ſcopum & modum per quem expediri debent; vel eorum quę ſaltem quo ad ſcopum ſint ardua: ubi modus planus & certus ſit De prioribus loqui capitulationem, & promiſſionem intelligendam tanquam moralem locutionem de ijs rebus in quibus tali conſilio & conſideratione opus eſt. *fol.* 65. 66.

Objectionibus cauſæ privatæ opponit: 1. leges prohibenres de privatis & judicibus inferioribus non ſine exceptione loqui. *fol.* 55. deinde aſſerit, ptopter graves rationes ſe non dubirare quin Imperator etiam in talibus, nempe in cauſa privata, item in cauſa læſæ majeſtatis ac perduellionis, judicare poſſit, quin tamen ſæpe conveniens ſit, ut hanc rem alijs judicibus committat, & hac poteſtate *Ex conve- nientes con- cedit in iu- dicio cogni- tionem.*

ſua

ſua propter omnem omnino ſuſpicionem declinandam non utatur, non inficiari. *d. fol.* 55. 2. Exempla non facere Ius, ac juris gentium aut alterius juris communis eſſe præciſe, negat *fol.* 56.

Et ſimul incidenter pernegat, Electorem Palatinum judicem eſſe Imperatoris, ut Imperatoris; Nec quidem ut principis vel comitis *propoſ.* 18. *per tot. per Bullæ titulum* 5. *Quæſt. an eſſ. Palat. ſit judex Imperatoris*

Prius quatuor argumentis. 1. Patet, inquit, ex jure civili & Canonico Palatinus ab Imperatore recipit temporalia tanquam Vaſſallus: Ergo ipſum præcellit Imperator. 2. Aurea Bulla, conſtitutionibus, Imperator eſt ſummum caput 3. Ex recta ratione, ſive jure divino, naturali & gentium; alias eſſe contradictionem in adjecto, crimen læſæ Majeſtatis. 4. Iure feudali; Imperatorem eſſe dominum feudorum Imperij Electorem Palatinum Vaſſallum: Inde ab abſurdo ut Vaſſallus ſit judex domini, inferior ſuperioris.

Poſterius membrum propoſitionis negat, ob defectum jurisdictionis Palatini, ſaltem ordinariæ. Bullam de privatis cauſis, & Electore Palatino, ne quidem neceſſariò ut commiſſario ſed ut aliquo viro bono, exemplo plebeij de finibus principis alicujus componentis, litigium explicans. 2. Verbum *ſive*, interpretatur copulative pro *atque ac Rex.* 3. Quod ad notoriam conſuetudinem, negat eſſe vel unquam fuiſſe; nec illam quam Carolus IV ſuo tempore fuiſſe dicit, amplius ſupereſſe.

Sed redeamus ad ſcopum jurisdictionis Cæſareæ. Iuſtitia Imperialis concedit, obſervantiam conventuum pro & contra reperiri: notorijs etiam, *fol.* 65. expreſſe addit, adhuc fieri poſſe ſi detur caſus in quo opus ſit: videlicet ſi multi principes & ſtatus eſſent de cauſa aliqua litigioſa diſſentientes, atq; res videretur tendere ad arma, &c. tunc *Obſervantiam concedit.*

enim

enim communem ſententiam eſſe majoris efficaciæ & facilius caveri vel tolli Schiſma. *fol.64*. Idque pòſt refert ad executionis facultatem *fol.65*. Poſſe enim hæc (notoria,) ſi patiantur moram, etiam ad conventus referri: non ut fiat declaratio; propter hoc enim id nullatenus eſſe neceſſarium: ſed ut ſimul fiat efficax ordinatio circa executionem; & ſic in reliquis conſtitutionibus 1566. 1567. 1495. ratione declarationis faciendæ pro ipſius opinione ſentientibus, inter has illa de anno 1566, ordinati quomodo executio ſit inſtituenda.

in executionem. [margin, partly illegible]

Hypotheſis Ferd. II. In hypotheſi, Ferdinandum II non egiſſe judicem, nec in cauſa privata: Nec cauſa fractæ pacis Majeſtatis & perduellionis.

Non priori per ſe; quia Fridericus V. non ſit bannitus ob cauſam privatam quam Ferdinandus non habuerit tanquam actor, quia poſſedit; nec tanquam reus, quia ſic Fridericus V. debuiſſet eſſe actor. *fol.52. & propoſ.17*. Deinde poſito, Ferdinandum II fuiſſe talem judicem: eundem præſupponere ſe eſſe legitimum regem Bohemiæ, *fol.54*. duobus exemplis declarat, utroque præſuppoſito delicto notorio. 1. Ut ſi dux Saxoniæ vel Bavariæ (ratione quæſtionis territorii) forte punirent ſuos aliquos rebelles. *dicto fol.54*. 2. Si quis Ferdinando II. Auſtriaco injuſte ſua auferat, ac Ferdinandus tum ſimul Ferdinandum Auſtriacum defendat, exequi eundum officium Imperatoris: *fol.47. & 48*. & eum qui bellum contra gerit, facere contra eum ut Imperatorem; litura, *Qui duas perſonas ſuſtinet, neutrius privilegium amittit. Cæſar regem defendere poteſt, & rex Cæſarem. fol.47*.

Status cauſa. Et hic principaliter non agi de Regno Bohemiæ, ſed quatenus legitimo ſuo domino violenter præreptum, & eo modo publica Imperij pax violata, crimen læſæ Maje-

ſtatis

jeſtatis & perduellionis commiſſum. Ergo non eſſe cauſam privatam, ſed concernere Imperatorem & Imperium principaliter: Incidenter autem ſive per modum occaſionis & originis, jus privatum Imperatoris, quatenus fuerit Palatino innocua petra ſcandali. *fol.* 53. licet certum ſit quod totum negotium proxime oriatur ex ſchiſmate in Regno Bohemiæ. *fol.* 52. imo ſepoſita cauſa Imperatoris privata tanquam incerta, crimen permanere. *fol.* 71. & vix ullam fractæ pacis cauſam eſſe quæ non inde oriatur, quod alter alterius bona hoſtiliter invadat, occupet, vel ſaltem quod quis viam juris commutet in viam facti *d. fol.* 53.

Non poſteriori cauſa publica: ſcilicet quia Notorium, Fridericum V. eſſe violatorem pacis, perduellem & Majeſtatis reum. *propoſitionibus* 14. *&* 15. & ſic pœnas debitas & à jure ſtatutas tantum denuntiaſſe Ferdinandum II. *fol.* 55. Abſurdum ſiquidem eſſe, executionem poſſe fieri abſque ullo conventu & declaratione; declarationem non neceſſariam non item; Imperatorem vero non poſſe, dicere, eſſe ſubſtituere larvam Imperatoria Majeſtate omnino ſublata, & vel puram Ariſtocratiam, vel neſcio quid in Imperium introducere. *fol* 63. *&* 64. *in princ.*

Deinde ratione capitulationis in hypotheſi, ſi pro arduo *Capitulatio*
utroque modo negotium Bohemicū potuiſſe haberi ſubſumeretur: concedit quod pro tali meritò haberi potuerit tempore capitulationis, ne totum Imperium inde communi bello & incendio involveretur. & tunc Imperatorem capitulationem ſtricte obſervaſſe; ſtatim enim à principio totum negotium Electorum, conſilio pacandum commiſiſſe, per Fridericum V ſteriſſe quo minus factum. *d. fol.* 66. *& in hunc ſenſum litura fol.* 51. Nihil ardui occurrit uti ſenatus Imperij propterea exſpectandus videatur; quanquam & is conſultus eſt. Iuſtitia Imperialis *fol.* 65. ulterius

terius concedit; *Sic quoque*, ait, *ſi circa hoc tempus conventus aliquis fuiſſet, eſſe potuiſſet, vel adhuc commode eſſet, ſine dubio hac de re tractaretur.* Concludit Iuſtitia Imperialis *fol.* 66. nec vi generalis nec ſpecialis promiſſionis Imperatorem obligatum fuiſſe ut expreſſum conſilium & conſenſum circa hujus banni declarationem ab Electoribus exquireret. Et poſito promiſſionem Imperialem etiam ad talem banni declarationem ſe extendere, tamen nihilominus adhuc abunde ipſi eſſe ſatisfactum; Imperatorem enim non promiſiſſe ſe convocaturum in rebus arduis collegium Electorale, ſed cum eorum conſilijs, conſiderationibus, præſcitu & conſenſu acturum quod ſatisfieri poſſit, imo ſæpiſſime debeat, extra collegium. Atqui jam Palatino ſcriptori ne quidem dubium eſſe quin Electores Eccleſiaſtici licet abſentes in id expreſſe conſentiant. Hoc autem modo jam Imperatorem & majorem partem Electorum conſentire, præſupponit conſenſum Electoris Saxoniæ Ratione Electoris Brandeburgici non requiſiti, nec ipſi factam injuriam: nec id promiſſioni quicquam contrariari: ut enim collegialiter conveniant in quibuſcunque gravioribus Imperij rebus, ſæpiſſime ſaltem, omnino inconveniens eſſe, neque Imperatorem id ullo modo promiſiſſe *fol* 67. Ratione Pontificis & Cardinalium conſenſus ſine quo Pontifex non poſſit Cardinalem deponere aut excommunicare: Reſpondet, diſſimilitudinem eſſe ratione Electorum. Electores enim aliosq; principes & ſtatus Imperij non cum Cardinalibus ſed Epiſcopis comparandos. *Iuſtit. Imperial. fol* 68.

ἀναλογία.

Majoris perſpicuitatis gratia hic addere viſum, Imperatorem deinceps, ut maxime videre eſt conventu Ratisbonenſi, propoſitione, replicis & votis quorundam Eccleſiaſticorum, & toto actu, cum fine & effectu, antecedentibus

tibus & conſequentibus, ſibi ſoli authoritatem vindicare ſive cognoſcendi ſive exequendi. *Votis Colonienſis Elect. & Salisburgenſis fol.* 260.261.242. Et licet formaliter non communicatum fuerit, tanquam in re ardua, cum collegio Electorali, id culpa Friderici V & complicium accidiſſe. Vnde ſimul tria præjudicia producuntur: 1. peſſimæ conſequentiæ, ſi in rei poteſtate ſit, hac ratione conventus impedire. 2 ſi per modum res ipſa negligeretur & bonum publicum. 3 pœnas fractæ pacis in comitijs effectum ſaltem ſortiri, &c.

Exempla prolata Magdeburgenſia & Gothica caſu poſſibilitatis, impenſis Imperij & ita pro occaſione Imperatoris inſtituta, *d. fol* 261 262. *in Votis Ratisb.* clarius pòſt ſubſequentes ſcribunt. litura fol. 106. *Cæſar ait, civilitatis ergo, ut majore cum gratia principum omnia faceret, cauſa tantæ molem comitijs deſtinabat: ſed quia multi Ratisbonæ non comparuere, cum præſentibus fecit quod ſolus poterat.* Et de conſilio Electorum fol. 50. litura: *Et præteriti non ſunt Electores, quippe ea de re ad conventum vocati, ſed per ipſas & certas quas afferebant cauſas ſtetit ne coirent.* f. 37. & fol. 47: *Factum hac Mulhuſij Thuringorum, cum ab id ipſum Electores caitum facerent: Cæſar alium etiam edicturus erat ſi Calviniana Furia bellum non præcipitaſſet aut finiſſet.* Et d fol. 50: *Putas vero tu, neceſſarium eſſe conſilium aut conſenſum Electorum, cum moram periculum non admittit, & Electores ipſi impium factum damnant in re ſole clariore? Quid conſilio opus eſt judici quando lex indubitata & ipſe orbis teſtis eſt facinoris?* & fol 36. Vt cuncti ad neceſſitatem & impoſſibilitatem tandem recurrere videantur. Vt poſtea in modo procedendi. *Civilitas.*

Objectionibus ratione ſuſpicionis, tam Ferdinandi II, quam Electorum Eccleſiaſticorum & aliorum intuitu, replicant. *Suſpicio Iudicum.*

Ratione Ferd. II, 1. Si dubitetur, Imperatorne juſte agat? Diſputari de principali judicio non oportere. *l. diſputari. C. de crimin ſacrileg* Sacrilegij enim inſtar eſte, dubitare de eo quem Imperaror elegit. Ergo multo magis Imperatorem ſuſpectum habere. Sacrilegium autem plus eſſe quam crimen. *l. Majeſtatis. l. proximum. ff. ad l. Iul. Majeſtat. Inſtit. Imper. propoſitione* 20. Quod pontifices & Imperatores præceperint ut ipſorum Reſcripta contra jus elicita ab omnibus judicibus refutentur, Nihil huc facere. loqui illos tantum de male informatis; per partes in caſu noſtro id quod agitur, omnibus notum eſſe. Idem poſſe applicari Electoribus & conſiliarijs Imperatoris; quia cenſentur eſſe de corpore Imperatoris; & in quos crimen læſæ Majeſtatis committatur æque. *Aurea Bul. c 24. l. quiſquis C. ad l. Iul. Majeſtatis*. Hęc in theſi. In hypotheſi, non eſſe ſuſpicionem nec ratione juris nec ratione facti, ob crimen notoriũ & ſententiam ab ipſo jure latam; nullatenus igitur tunc jus male applicari. 2. Imperatorem non egiſſe judicẽ in cauſa privata. *per ſ. d.* Deinde, ratione Imperatoris finis, ultionis & vindictæ: Reſpondet, non eſſe ultionem ſeu vindictam malam & prohibitam, ut publicus perduellis fortiter ſubjugetur, puniatur, alijque à tali ſeparentur, imo eſſe ex publica utilitate & pleno judicio rationis. *d. propoſ. 20 fol.* 71.

Suſpicio Eccleſiaſt. Suſpicio & partialitas ab Eccleſiaſticis removetur. 1. Iuvaſſe Imperatorem in re cujus juſtitia manifeſta, & reſpexiſſe Iuſtitiæ & Majeſtatis conſervationem ac defenſionem. *fol. 72 ſic litura, fol.* 100. Moguntinus, quod Spinolam conſilio & ope juvit, reſpectu Cæſaris fecit. 2. Votum præmaturum ipſis objici non poſſe, quia etiam alij principes fuerint Mulhuſij, dux Bavariæ & Landgravius Darmſtadienſis, qui crimen notorium Palatini reprobarunt. 3. Quod Bohemiæ legatos contra jus gentium rejecerint, id con-

ideoncernete totum collegium; & merito factum, quia Bohemi erant notoriè rebelles. *d.fol.72.* Ratione conſiliariorum Impetatotis: Nominatim de præſide qui bannum urſetit ante apud Electotem Saxoniæ. *f.72.* Reſpnodet, æque nullam eſſe ſuſpicionem in cauſa ram notoria ut nulla examinatione indigeret. Ergo ſuſpectum vel ſuſpectos eſſe non poſſe *fol.73.* pto Imperatore ulrerius jutis præſumptionem eſſe quod juſte agat.

Concludit Iuſtitia Imperialis *propoſ 21 fol.72.* Bannum Frid. V declaratum à legitima poteſtate.

Argumenta rei Frid V ſive exceptiones ſctiptis publieis ex extant. Sumantur æque pro theſi ac hypotheſi, numero tres. 1. Incompetentiæ ratione objecti, cauſæ nimirum ptivatæ, imo poſito publicæ. 2. Imperatoris & Iudicum ſuſpicionis & partialitatis. 3. Exemptionis Regni Bohemiæ à juriſdictione Imperij, Camera & dicaſtetio Cæſareo, à conſtitutionibus, maxime paeis publicæ, executoriis, & reliquis. *Exceptiones Frid. V.*

I. Fundatur logibus Imperii Civilibus & Canonicis: otdinatione Cam. *p.2.tit.20*: Capitulat. Caſat. *art.6*: Notis Ratisbonenſibus *N.9*: Specul. *fol.30.93.& ſeqq.* obſervantia interna & extetna Impetij, Galliarum Regis ae aliotum & Papæ ipſius exemplo. *Nullit. à fol.2. ad 5. cum deſignatione fori Imperatoris in Imperio active & paſſive.* ubi ſimul Electotem Palatinum, *per Auream Bullam Caroli IV, cap.5. in fin.* Impetatoti ut Imperatoti convento judicem conſtituit, allegata obſervantia & à pari ratione Impetatoris. Hine per abſurdum infert; ſi Palatinus Elector præſent caſu vellet agete judicem, injuſtitiæ eum aecuſatum iti. *Nullit. d. l.* habere Impetatotem judieem confeſſione partis *Animadverſ. fol.36. & ſeqq.* *Theſis. 1. Palatinum Elect. iudex Cæſaris.*

Refutatur unà, *ſupra dicta propoſ.18. Iuſtitia Imperialis, per*

 Ani-

Animadverſionem, *fol.* 38.39. quatuor argumentis ſive erroribus demonſtratis. 1 à loco definitionis iudicis. 2 diſtinctione temporum Imperii Capitulationis & abſolutæ poteſtatis. 3 ratione obiecti commiſſarij: cum non habeat iudicis munus ab Imperatore ſed ipſa Bulla & lege, vigore iuris ante per diuturnam conſuetudinem introducti & obſervati. 4. ab arbitrio viri boni deſumptum; Negatur ex natura coniugatorum, &, ſecundo excepto, reliquis ſingulis ex ipſo textu Bullæ petitis.

Sed revertamur ad cauſam privatam Imperatoris, quam ubique & perſonas etiam in una eademque perſona diſtinctas volunt. *Specul. fol.* 142. *Animad fol.* 42.35. Ac cauſam propriam ſeu privatam dici etiam illam in qua quis commodum aut intereſſe aliquo modo habet. *Nullit fol.* 20. In cauſa Imperii ſive publica æque cauſam proſcriptionis ad ordines Imperii & comitia ſpectare, obſervantia antiqua etiam eius temporis quo Imperatores laxiora regnandi frena habuerint. *Nullit fol.* 5. *multis exemplis.* & *folio* 6. *Animad fol.* 38.

2. *Ius Imperatoru.* II. Ius & poteſtatem Imperatorum Imperii Germanico-Romani, per conſtitutiones & per receſſus publicorum comitiorum, præcipue vero per capitulationes Regum Romanorum, certis finibus circumſcriptum eſſe; *per allegat. ibidem.* Ipſa Maximiliani I. Conſtitutione de pace publica: claris verbis ſancitum ibi, Imperii ordines in cauſis fractæ pacis convenire, in commune conſultare, decernere & definire debere *fol.* 7. *Nullitat.* Imo capitulatione iurata moderni Imperatoris, Imperatorem in rebus Imperium attingentibus Electorum conſilio & ſuaſibus nunquam non uſurum, etiam in rebus minoribus cum periculum exoriturum communis belli aut ignis noxii inde in Imperio timeri poſſit. *Nullit. fol.* 7. *Votis Ratisb fol.* 288. & *Nullitat*

litas fol.9.in fin.ait, denique abſurdi, vani, ſterilisque laboris opus eſſe, per literas vota miſſitare & oſtiatim nunc hodie nunc cras rogare, ſed requiri ut judices, ſi velint nullitatem evitare nec oleum & operam perdere, conveniant & communicato conſilio decernant & concludant. *per leges & rationes ibidem.* & *fol.* 10. quod audierit Imperator Electores omnes ſuper proſcriptione, voluerit etiam alium conventum edicere. Verba eſſe, *Animad fol.35.& 45.* Ferdinandum Secundum hoc caſu & in cauſa ſua privata non duas perſonas ſed unam tantum, nempe Archiducis Auſtriæ, ſuſtinere, Archiducis autem non eſſe, contra Electores Imperij bannum decernete. *d.fol.35.* plenitudinem poteſtatis ſive abſolutam poteſtatem in caſibus capitulationis locum non habere, votis Saxonicis & Brandeburgicis & Electoralibus aperte dici *Animad fol 38.*

III. Ratione Dicaſterij Cæſarei, cognitionem & cenſuram tam arduarum cauſarum, ipſius præſertim Imperatoris perſonam concernentium, non ad illud ſed ad aliud tribunal ſpectare, nec tantam licentiam ab Evangelicis ordinibus privato Cæſaris conſiſtorio tribui nec permitti, & negotium iſtud Imperij gravaminibus jam ante litem hancce comprehendi. *Nullit.fol.*12. quo ſe expreſſe referunt. *Specul.fol 38. Informat. Cancell.p.1.c.13 fol.*104. Rem deciſione conventus Imperialis indigere cum deſcriptione præſentis Iuſtitiæ imperij. *folio ſeq.* Quod ſi Electores hujus generis cauſas aulicorum conſiliariorum Cæſaris directioni & arbitrio permitterent, fruſtraneam futuram capitulationem. *Notis Ratisb.N.*10. 3 *Dicaſteriorum Caſ.*

Et hæc in theſi, ratione cauſæ privatæ & publicæ, & harum intuitu incompetentiæ judicis. ratione ſuſpicionis in theſi, per jura allegata, *paſſim. & Nullit.fol.9. Notis Ratisb. fol.*330. Exemptionem Bohemiæ paſſim urgent; & probant,

ut ſu-

ut ſupra p.2.ac fol.22. Nullit. Specul. fol.13.61.62.63. & 69. N. 1. & fol.116. Votis Ratisb. N.28. manifeſtum defectum juriſdictionis eſſe. 1. ratione pacis publicæ, 2. ratione executionis ordinis in Imperio & banni.

Hypotheſis 1 cauſa privata. In hypotheſi jam

I. Cauſam privatam eſſe *Nullit fol.8* 10.20. *& 21. Animad.fol.19. confeſſione Imperatoris, Alberti Archiducis, Electoris Moguntini, & Notis Ratisb N.9. ſine proſcriptionis, ex ipſis etiam verbis proſcriptionis, Specul.fol.135. per ſtatum controverſiæ, de quo ſuperius in facto, & Specul fol.* 100.101.102. 103.155. *cum allegatis ibidem.* *Status cauſa.* Principaliter enim agi de Regno Bohemiæ, cauſa ſic privata, hæreditario faciendo. *Nullit.d.f.*10. *Notis d.N.*9. non de cauſa feudi ſive proprie Imperium concernente. Magis inſpiciendum quod principaliter agitur quam quod accidentarie. *Nul.fol.*11. Cæterum, adhuc valde ambiguum incertumq; eſſe; 1. an Cæſar tam bonam juſtamque cauſam foveat ut enixe contendit? 2. quis faber primarius & architectus calamitatum? 3. num altera pars ſe in licitæ defenſionis terminis continuerit & adhuc contineat? *Nullit.fol.*11. Alii diſtinctione utuntur alia, effectu eâdem. Principaliter quidem intuitu cauſæ principalis, *Regnum nimirum electivum vel hæreditarium ſit?* nihil imperii intereſſe cujus familiæ rex ſit? imo utter de duobus, Ferdinandi II. aut Friderici V. familia, ut olim? Ratione conſequentiæ tamen & ſuo modo etiam videri, imperij principaliter intereſſe ratione prætenſionis privatæ Auſtriacæ de hæreditaria ſucceſſione & connexitate cum imperio; ut ſciat quale membrum imperii ſit ne quid detrimenti aut decrementi imperium capiat. *Specul.fol.*14. 15. 16. *Informat. Cancell.p. 2.d. N.9.* per multa exempla, & Bavaricum ſimul, diſtinguens inter bellum Imperii & ducatus Auſtriæ. *fol.*310. Non negant interim, Imperio in eo

inter-

intereſſe ut pax quiſque publica ſarta tecta conſervetur, belliquc pernitioſa materies ſopiatur. *Nullit. d fol.* 11. Et per Imperatorem in motibus Bohemicis ab armis infelicibus orta mala evitari, declinari, & in herba, ut dicitur, opprimi potuiſſe. *Nullit. d. f.* 11. *Specul paſſim.* In Imperio quoque. *Informat. Concell. p.* 1. *c.* 6 *fol.* 56. *Animad. fol.* 18 *&* 48. Ac declarationem banni contra Fridericum V. & tranſlationem Electoratus in Bavarum, inter caſus capitulationis, votis electoralibus Saxonicis & Brandeburgicis, numerati. *Animod fol* 38.

II. Suſpicio in hypotheſi probatur: *1. Suſpicio Imperatoris*

1. Ratione Imperatoris. 1. Ob hoſtilitatem verbis & facto ante bannum declaratam: *Nullit. fol.* 13. *Specul fol.* 41. 42. *poſt litura, conſideratione* 15. 2. Ratione proceſſus illegitimi, executione in Palatinatu hoſtili, invaſione ante ſententiam, & condemnatione ante cauſæ examinationem; exordio hiſce facto, de quibus poſtea in modo. Poſſunt huc referri argumenta cauſæ privatæ, & ſimilia. *exemplo Iuſtitiæ Imp. propoſitione* 20.

2. Iudicum ratione Electorum Eccleſiaſticorum quatuor ob cauſas. 1. Quia ſint conſortes cauſæ & belli. 2. Vo- *Eccleſiaſticorum & aliorum.* tumante tempus eliminarint. 3. Cauſæ Bohemiæ ſtatuum ſe oppoſuerint Francofurti ante Electionem Ferdinandi Secundi Imperatoris. *Informat. francofſe, fol.* 19. & detterarint contra jus gentium. *Nullit fol.* 9. *&* 10. 4. Quod oſtiatim vota collecta, prærerito Electore Brandeburgico. *d. fol.* 10. Et collegij non convocati nec integri ſpeciales cauſas videre eſt. *Informat. Cancell. fol.* 331. *& litura, conſiderat.* 16. Nempe Moguntini ante publicationem banni privatum, ditionem ſcilicet Bergſtratenſem, ſpectantis. Colonienſis, in effectu in cauſa fratris privata votum dantis, jampridem inveſtitura Electoratus ſolenni forma aequi-

ſita potiti. Trevirenſis, neceſſitate refragari non audentis. Salsburgenſis, diverſum, ob remoti antecesſoris exemplum, præſumere præcaventis. Item, ratione Moguntini Electoris, Darmſtadienſis principis: nec non Epiſcopi Spirenſis, (modo Trevirenſis Archiepiſcopi, ad æmulationem Electoratus Palatini ante Vdenheimium munientis: *Informat. Cancell. p 1. fol. 90.*) Archiducis Auſtriæ, & aliorum Palatinatum Friderici V. inferiorem inter ſe dividentium, ſuperiorem totum ſibi mancipante Bavaro ejuſdem Palatinatum, *Animadverſ. fol. 61.* præter opem & conſilium fœderatorum. *Animadverſ. fol. 54. litura, fol. 120. & ſeqq. & paſſim.*

3. *Suſpicio Cæſarei Dicaſtery.* III. Suſpicio Dicaſterij Cæſarei in hypotheſi probatur: In genere, de ejuſdem constitutione præſenti, & ſuprà in theſi dicto defectu juriſdictionis. *Nullit. fol. 12.* In ſpecie: 1. non exprimi in proſcriptione, id adhibitum 2. ob fundamentum proſcriptionis plenitudinis poteſtatis Cæſareæ qua conſiſtorium uti nequit. 3. ob conſiliarios initio ſtatim motuum erga Palatinum partiales. 4. ratione præſidis banni procuratoris. 5. ab evidentia, rei officinam aliam fuiſſe, (nec interveniſſe conſenſum Electorum. *Specul. fol. 112. per allegat. ibidem. N. 16. & 17. Animad. fol. 40. Votis Saxonicis & Brandeburg.* nec ſuper proſcriptione Friderici V, nec ſuper tranſlatione Electoratus Palatini. Ergo nullibi. *ibid. & f. 45.*) ductu auſpicioque Legati Hiſpanici & Nuntii Papalis, *Nullit. fol. 13. Specul. fol. 33. N. 6.* Monachorum inſuper & Ieſuitarum Italorum; nec conſultationem nec ſeſſionem factam unde conſenſus judicialis vel fingi queat, *Specul. fol. 39. litura, conſiderat. 2.*

Ex quibus concludere videntur, Imperatoris Ferdinandi Secundi nec in theſi nec hypotheſi juriſdictionem fundatam. *dicto loc.* & conſequenter, in hac cauſa ſui ipſius privata

vata nec in qualitate Cæſatis progredi nec bannum Imperij decernere poſſe. *Animad.d.fol.35.* Ac Cæſarem ſivo ſenatum ſuum Aulicum non fuiſſe competentem in cauſa Bohemica judicem: nec jure potuiſſe bannum Imperij contra Fridericum V. decernere, minus vi illius banni Electoratum in Bavarum legitime transfetre. *Animad.fol. 36.Notis Ratub.N.9.*

Atque tantum de utriuſque fundamentis, ratione juriſdictionis; ſequitur ordine modus procedendi; quæque
utrinque videtur diſputati pro theſi & hypotheſi.
Imperatot Ferdinandus II, *formula proſcriptionis*, § *ge-* *Modus procedendi.*
ſtalt dan. cauſam fundat ex pace Religionis & profanæ &
publicæ, utpote baſi de hiſce temporibus adverſis Imperij
& conſervationis membrorum. In ſpecie, qualitatibus con-
ſtitutionis pacis publicæ de anno 1555. Primum de vi pro- *Conſt.1555.*
hibita contra impetatorem & ſtatus. Secundò, nec clan-
culum nec aperte quis contra impetatorem aut ſtatus mi-
litet, juvet, cooperetur, neque item ad quamcunque ille-
gitimam militum congregationem ſe inttomittat. Et con-
firmatam, inquit, pacem publicam in perpetuum anno
1559, cum extenſione pœnæ ad proſcriptionem ipſo facto *1559.*
abſque ulteriori declaratione; ſicut initio pacis publicæ
anno 1495, in fine in notoriis & irrefragabilibus fractæ pa- *1495.*
cis cauſis ipſo facto declaratur ſententia imperij; ita ut ci-
tatione, declatatione aut ſententia non ſit opus: neque id
ſubſequentibus conſtitutionibus mutatum ſed confitmatum eſſe; adductis tribus exemplis multo minoris delicti.

1. Monetariorum reptoborum: aut militis nudum nomen militiæ dantis; aut tebellibus auxilium fetentis, ſive contra impetatorem eos juvantis, aut exercitum colligentis:
cum extenſione ad caput tebellium; protectotem coadu- *Extenſio.*
nationis; militis, in imperio non tantum ſed extra impe-

 rium

rium, per imperium tranſductionis, & exterorum paſſim concitationis, crimina *d. §. geſtalt dan in fin.* 2. Et confir-
Capitulatio. mati amplius ipſa Cæſaris capitulatione jurata, dictam conſtitutionem de anno 1555. ſancitam acceptam & confirmatam ſequentibus conſtitutionibus & auctam ſtatuum conſilio. 3. Vt item eadem capitulatione & Bulla Aurea
Bulla. de conſpirationibus, quibus ad tollendas illicitas confœderationes, ſeditiones, tumultus, violentias, & ad ſalutem imperij, tanquam ſupremam legem & juſtitiam ac pacem conſervandam, Imperator obligetur *formula. §. Wa bey wir vns.*

Theſis modo Eadem fere ratione Author Iuſtitiæ Imp. *propoſitione* 8. theſin format; In notorio crimine fractæ pacis ſeu perduellionis, ſententiam declaratoriam Banni imperialis abſque prævia citatione & examinatione partium promulgare licitum eſſe: jure particulari imperij, de naturali jure, divino, gentium, canonico, antiquo, civili, omni jure communi, ab abſurdo, *propoſ.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. & tandem, jure Imperii conſtitutionum, & bullæ tit. 14, *propoſ.* 8 9. & 10. ipſa denique capitulatione Cæſarea, *propoſ.* 11. probare inſtituit. quæ catenus omnia percurrere ſupervacaneum erit, cum Author ipſe primævam Maximiliani I imperatoris conſtitutionem de anno 1495, pacis publicæ ſcilicet, & ſubſequentem, *d. propoſitione* 8. *fol.* 17. per correctionem
Limitatio conſtitut. 1495. quaſi limitet, cum inquit, *Bene tamen ab aliquibus monetur: quia olim in judiciis & ſecundum jura communia, antequam propter delictum etiam notorium aliquis ſtatu, bonis & vita privetur, ſententia declaratoria requiritur, & quia odioſa ſunt reſtringenda; quod itaque in notoriis hiſce nullo declaratione aut ſententia opus eſſe intelligendum ſolummodo ſit tum quando fuerint ſimul actu permanentia: quod & nos libenter admittimus. Poſſet tamen addi*, ait, *vel ſaltem quando iſta recentia fuerint*

rint ut adhuc quaſi flagrare videantur. & fol.19.& 21. *De talibus potiſſimum loquimur, quando turbator eſt in ipſo facto, & quidem obſtinatus.*

Ex Bulla Aurea *d.tit.* 14.talem concluſionem extruit; *Sufficit diffidatio quæcunque. Ergo illa quæ eſt ſine citatione. 2.Si licet omnem diffidationem omittere, multo magis ſufficit quamcunque & ſine citatione prætermittere.* *Bulla Aurea, tit. 14.*

Ad conſtitutiones. Primævam dictam Maximiliani I non mutatam ſubſequentibus, ne quidem ut citario requiratur, *d.fol* 17.*in fin.* defendit *propoſ.*9. & 10. ut dictum, quinque rationibus. 1.Ab authoritate imperatoris id affirmantis *in princ. fol.*18. & 45. 2. Subſequenti Maximiliani conſtitut.anno 500; quia ſe remittit ad priorem illam. 3 Caroli V.conſtitut.1521.1548. & ejuſdem imperatoris obſervantia, ſive exemplis, quibus pœna banni tempore regiminis ipſius abſque ordine judiciorum ſimili caſu declarata fuit. *Sed colligamus*, addit, *potius ex jure juſtum factum, quam ex facto jus.* 4. Exemplo privatorum defenſionis cum amicis ante declarationem Banni. 5. Quod nec generalis nec ſpecialis correctio reperiatur. *fol.*19 Non conſtitutione anni 1555 mutatam ſed confirmatam & renovatam, *propoſ.*10. ſeparandam hanc à præcedenti, notat; quia poſteriores Imperatores, uti & modernus Ferdinandus II, juramentis & capitulationibus ſuis peculiariter ad hanc conſtitutionem & ſeqq. obligati fuerunt: quia nimirum famoſa illa Religionis cum Politia pacificatio atque ita ſimul quaſi novus legum imperii curſus inde exordiuntur. Recenſet pòſt verba conſtitutionis primum *in genere*, deinde §.*wir ſetzen*.& §.*Vnd damit*.& *ſeq.* Vnde ita ratiocinatur. Circulis in meliorem ſtaturorũ obſervationem permittitur & injungitur ut violentias contra pacem publicam ſufficientibus collectis copiis reprimant, non tan- *Imen LL.* *Conſtitutio 1555.*

tum in actu violentiæ, ſed apparatu quoque; idque evidenter & manifeſte conſtat. Ergo multo magis Imperatori licitum erit nulla præmiſſa ſententia. Hanc ordinationem executionis confirmari *conſtit anni* 1557. §. *ſo heben wir vns. & ſeqq. conſtit.* objectionibus *ex conſtitutione hoc.* §. *vnd nach dem zu.* reſpondet; verba illa, *executionem banni fieri debere, ſi qui illud incurriſſe legitimo modo & via juris cogniti & declarati fuerint*, fol 23. trifariam explicando. 1. Aut notorios turbatores exprimi, & tunc per ſe eſſe: aut includi; hoc caſu fieri id eo reſpectu tantum ſi forte non procederetur contra ipſos alijs viis legitimis, quod ſatis contingere poteſt. 2. Per legitimum hunc modum, proceſſum declarativum vel executivum, in notorijs, poſſe intelligi. 3. Exemplo Circulorum executionis manifeſtum, eſſe caſus abſque citatione & ſententia declaratoria; & id quidem de notoriis intelligendum *fol.* 24.

Obſervantia Imperatoris & Cameræ.

Obſervantiam & ſtylum Cameræ concedit quidem, ſed excludit caſus notorios, quorum executionem ſimplici tantum circulorum executioni relinquit, vel, ſi opus eſt, Cæſareæ Majeſtatis declarationi. *per Gotl. cit. loc. att fol.* 24.

Ordinationem Cameræ, *part.* 2. *tit.* 9. §. 2. verbis; *pro via citatione, de violatoribus pacis*; in genere intelligit, notorios æque excludens.

Conſtitut. 559.

Conſtitutionem de anno 59 de notoriis factis intelligendam. *fol.* 22. & quia ſententia non requiratur, nec citationem & diſcuſſionem cauſæ ſimul requiri: & per conſequens, confirmari & renovari quod velit.

Anno 1555. neque conſtitutione neque ordinatione, ut dictum modo, contrarium conſtitutum eſſe; quia pœna ibidem conſtituta hic intendatur. At non poſſe tum dici quod hic intenderetur ſi ibi ad citationem & viam juris ordinariam fuiſſet etiam in notoriis determinata: ſic enim

ptior

prior lex contraria per poſteriorem tolli, non intendi debuiſſet. &,ſi, quod falſiſſimum, in priori conſtitutione aliter ſtatutum fuiſſet, tamen adhuc liceret quod velit: priores enim per hanc poſteriorem fuiſſent abrogatæ, & poſt hanc nullam, nequidem apparenter, contrarium indicare, unde & nullam ab adverſario eſſe prolatam. *fol.23.*

Ad objectiones ex Gailio *de pace publ. lib.1.c.3.N.9 & lib.2.cap.3.N.18.* conſtitutionem hancce loqui de caſu ſpeciali, reſpondet dupliciter. 1. vult, conſtitutionem eſſe generalem, ex verbis ipſis conſtitutionis, *cujuſcunque ſtatus & conditionis* fol.25. 2. ex mente Gailij, de atrocioribus & notoriis actu permanentibus delictis, caſus illos tanquam exempla ſubjicientis, reliquos non excludentis, *N.16.* caſum noſtrum expreſſe includentis; cum definitione notoriæ rebellionis actu permanentis, *ibidem*, accipiendum. Concludens, jure naturali & poſitivo, abſque citatione & declaratione licere pœnam exequi in vere notoriis, & ſic in caſu fractæ pacis & perduellionis, donec probetur contrarium *fol.26.*

Tandem ipſa capitulatione Cæſarea Ferdinandi II non mutatum aſſerit. 1. In genere, per jura & conſtitutiones in quæ juraverit. 2. In ſpecie, ratione conſtit.55. cujus ſenſus, ut dixit, talis ſit. 3. ratione factionum & violentiarum in Imperio, item juſtitiæ & pacis ac ſalutis imperii: ad quæ juravit, ſe illa extirpaturum, hæc conſervaturum. &, qui vult finem, eum debere etiam velle media ſine quibus finis haberi nequit. *propoſ.11.* *Capitulatio Cæſarea.*

Et ratione objectionis per capitulationem, *f.27.* excipit 1. notorium crimen fractæ pacis, ob generalitatem. 2. proceſſum injunctum contendit reſtringi ad conſtitutiones, & hac ipſa capitulatione Imperatorem per præcedentia argumenta potius obligari ad contrarium. 3. Electores non

non poſſe mutare per capitulationẽ conſtitutiones Imperij de pace publica, & alia jura in ijs approbata; à præjudicio libertatis Germanicæ & ratione hodiernæ Reipublicæ formæ in comitiis fieri id debere; præter abſurditatem *propoſ.7.* allatam. *d propoſ.11.fol.28.* Ergo etiam per modernam capitulationem Ferdinando II. licere *fol.29.*

Hypotheſis modi. Et hæc in theſi; In hypotheſi *formula proſcriptionis* Imperator applicat conſtitutionibus, *d.§.geſtolt oſternante.* & capitulationi & Bullæ. §. *deme ollem ober. vide ſupra in facto.*

Concludit tandem, Fridericum V. ob deducta pacifraga diverſa facinora, in pœnam pacis fractę, abſque ulla vocatione, citatione, ſententia & declaratione, incidiſſe, & re ipſa bannitum exiſtere, contra quem nihil quam executio reſtet. §. *hierum don.* Et cùm executione contra eum tanquam ipſo facto in pænas incidentem & jure ipſo declaratum procedere licuiſſet; de ſuperfluo tamen & pro confirmatione declarationem feciſſe, & hiſce prius declarare, ſe proceſſurum juxta conſtitutiones ad pœnam conſtituram, Exprimere modum, cauſas & finem ſimul, videtur, cum ponit, *Re pro occoſione & quolitate de ſuperſluo pro confirmotione & ſtabilimento steroto & ſerso delıberoto, pro neceſſitote inevitobili & praſtito juramento officij Coſaret ò Deo ſibi commiſſi honc focere declorotionem. d.§.ſo hoben wir.* Clauſulas haſce relative ad narrata intelligit & explicat patronus ſive author Iuſtitiæ Imper. *fol.42* & infert, minus eſſe declarare quam exequi. *fol.64 & paſſim.* Neceſſitatem & officium ſæpius ponit; ita ut, ſi capitulationem per publicationem banni contra Palatinum, Ferdinandum II quis tranſgreſſum aſſerat, idem ſimul aſſerere debeat tanquam certum quod Ferdinandus Secundus inſigniter fuerit perjurus. *fol.27.*

Ratione

Ratione officij & jurisjurandi ponit propoſitionem 24. *Secundum virtutem*, inquit, *Ferdinandum II. non videri clementius procedere potuiſſe quam factum ſit. fol 77. litur f.84.* Concludens ſimpliciter, (pro theſi ac hypotheſi,) non opus fuiſſe ut bannum præcederet citatio. *à 1. ad 21. propoſitionem* & melius eſſe manere in eo quod res eſt. Dici quidem poſſe, quod mandatum Imperatoris monitorium ad comitem Palatinum etiam vim citationis in tali caſu habuerit, etiamſi forte citatione opus fuiſſet: Verum quia eadem ratione dici poſſet, quod tale mandatum præcedere debuiſſet, vel adhuc ſequi citatio, vel & negari ſupplere citationem; affirmat ſcilicet ſimpliciter, non opus fuiſſe ut citatio bannum præcederet. Et in ſumma, *propoſ.* 21. Bannum contra comitem Palatinum à legitima poteſtate declaratum, propter legitimam cauſam & modo legitimo eſſe juſtum & validum. *Clementia.*

Effectum ergo Imperator ad conſtitutiones & futuram executionem in facto refert. Author Iuſtitiæ Imp. nec facto nec jure præter Bannum ratione Friderici V. aliter proſequutus quam quod clementiam prędicet, ut dictum. *propoſ. ultimo ſeu* 24. Et forte ad rem erit quod ponit *fol.* 80. loquitur de crimine læſæ Majeſtatis, miſeria aliqua quæ ſimilis infamiæ, poſſe etiam puniri aliquos de familia, ſed filios tantum. *per l. quiſquis. §. fily. C. tit.* & ratione feloniæ pœnæ patere *ex cap. 1. quæ fuit prima cauſ. benefic. amit & c. 1. an ille qui interf. fratr dom ſui.* feloniam hanc eſſe talem propter quam feudum amittatur & ad ipſum dominum revertatur! *fol* 51. Majoris vero lucis cauſa addere viſum ſubſequentes ſcriptores. Maxime, Lituræ patronum, ratione modi proceſſus, ulterius progredi; dum pro juridica quaſi regula tradit, rigore conſtitutionum & legum Imperij: *Certe ejuſmodi hoſtes patriæ ac turbatores Imperij in notoria* *Effectus Banni.*

R *ac per-*

*ac permanente rebellione, poſt tot mandato avocatorio, ſub pœna Banni ac cum termino eventuali emanata, ac ob non factam parititionem purificato; ſine ulteriore citatione & proceſſu in pœnas fracta pacis declarandos, proſcribendos, & communibus viribus Imperij perſequendos.fol.*37. Sic votum Colonienſe loco omnis proceſſus reputat monitoria. *Votis Ratisb.fol.*232. de effectu, hunc ex jure eſſe executionis & tranſlationis Electoratus. In ſpecie, feuda quæ committuntur, & crimine læſæ Majeſtatis & crimine in feudi dominum patrato, in domini manus poteſtatemque reſignari, ex vulgata Iuriſperitorum ſententia, juxta quam neque ipſi innocentiæ ullum patrocinium ſit. æquitatis naturalis ratione excipi feuda gentilitia, de agnatis bene meritis, etiamſi ex ſtirpe Palatina non eſſent. ex his principem tenere locum Maximilianum Bavariæ principem, &c. *litur. fol* 46. atque hanc eſſe articuli 28 Capitulationis mentem; quocum concordare fere videtur in effectu pœnæ & differentia agnatorum delinquenti reſiſtentium & dominum adjuvantium votum Colonienſe. *fol.* 262, *& ſeqq. Votis Ratisb.* & *litura* agnatos paſſim repellit. *fol.* 83.84. Cæſaris eſſe Electoratum jam. *fol.* 123.37. Bavarum ad Electoratum prætendere jus olim præter meritum à Carolo IV. ereptum; *ab hoc autem vetuſto Bavarorum*, inquit, *jure excluduntur agnati veſtri propinquiores; ab jure vero quod hodie uſurparunt, repelluntur ob Palatini in Cæſarem feudi dominum facinus*, ita leges ſancire, & eſſe in hoc genere etiam inſontibus ſuam pœnam. *fol.*83 Electoratum fuiſſe debitum virtuti præmium, *fol.*40. & nobile belli præmium. *fol.*27. tranſlationem ergo fuiſſe ob facinora Friderici V, libertatis Germanicæ cauſa; pacis Imperio reſtituendæ cauſa: quod fieri non poterat ſi Palatinatus priſtinæ dignitati reſtitueretur. *fol.*20. Vniverſæ Germaniæ tranſlationem profuturam. *fol.*15. Flammam,

Prætenſio Bavarica.

Digitized by Google

nam, quam immortalem, niſi Palatinus reſtituatur, ſomniant, cum tempore deſeret pabulum: majora incendia reſtincta eſſe; quæ maxima ſunt, diuturna non eſſe, & mediocria non durare. *lit. fol.* 123 Bellum propterea ad poſterum non futurum, etiamſi quidam obliquis oculis intueantur Palatinæ dignitatis ſucceſſorem; diem mitigaturum omnia; ſicut etiam placabit Angliæ & Daniæ Reges. *fol.* 71. proſcriptionem promulgatam ſincera juſtitia in Palatinum. *fol.* 93. Aliam proſcriptionem eſſe quæ in pace fit: aliam quæ fit in bello. *fol.* 108. Ac ſummatim Cæſarem Cæſarea poteſtate ſummoque jure id, quod fecit, feciſſe. *fol.* 37.

Sed cum legitimus modus theſeos ex jure Imperij inſtigandus in hypotheſi adhibitus ex actis abunde conſtet: videamus porro argumenta ſive exceptiones Friderici V. *Exceptiones Frid. V. de modo.*

Hujus Scriptores in theſi contrarium affirmare videntur jure primævo; contra jus divinum ſcilicet, naturale & civile eſſe, quod aliquis indicta cauſa & non citatus condemnetur: tunc enim latiſſime fieri debere interpretationem, quando per poſteriores conſtitutiones revertemur ad jus primævum & commune. *Gail. 2. obſer.* 84 *N* 7. *Nullit. fol.* 14.22. *Specul. fol.* 116. Imo noviſſimo imperij jure per Capitulationem Cæſaream juraſſe Imperatorem, ſe impediturũ, nec conceſſurum, ut quiſquam ſine cauſa inauditus proſcribatur, damnetur, & declaretur: ſed allaboraturum, ut in hoc ſecundum ordinariam juris normam & imperij conſtitutiones ex præſcripto ordinationis Cameræ procedatur, cum clauſula annullatoria facti contrarij *d. fol.* 21.22. Capitulationem eſſe non tantum legem noviſſimam fundamentalem & perpetuam, ſed normam Imperij regiminis Imperatoris & conſiliariorum intimorum *Theſis.* *Capitulatio*

rum & dicaſterij Cæſarei. *Capitulat.art.* 42. *Specul.fol.* 117 per rationem Capitulationis conditæ ita, quæ forma legis ſit, qua non obſervata totus actus corruat. *Specul fol.* 118 Deinde Articulo Capitulationis receſſum ſeu conſtitutionem Imperij de anno 1555 expreſſe & ſtricte injunctum cum correctione aliarum conſtitutionum huic contra-

Conſtitut. 1495. riarum. *d fol.* 118. & ſic conſtitutionem de anno 1495 per recentiores conſtitutiones & Cameræ ordinationem, quoad citationis requiſitum, mutatam & correctam eſſe. *Nullit fol.*17 *& Specul.d.loc.* Conſtitutiones de anno 1495

Conſtitut. 1495 & 1559. & 1559, ipſo facto pacirupas in pœnam proſcriptionis incidere; pro intetpretatione conſtitutionibus & ordinatione Cameræ expreſſa intelligendas & explicandas eſſe, ut pœna tum demum habeat locum cum accuſatus prævia citatione in proſcriptionem fuerit declaratus & jure legeque denunciatus. *Conſtit Caroli V; tit.* 4. *& Conſtit.*1558. §. 71: *ibi: ordinario juris modo prævia cauſæ cognitione. Ord. Cam. p.*2 *t.*9. § 1. Requiri citationem etiamſi factum notorium ſit & manifeſtum *Gail de pac. publ lib.*2. *C.*3. *N.*3. *&* 12 §. *fin. Novell.*134 *ibi: ſi convincantur & condemnentur. Nullit f.*15.

Obſervantia Cameræ cum obſervantia Cameræ *f.*16 *&* 17. Neque hæc conſtitutione de an. 1559 correcta eſſe abſque ulla mentione facta, ſed de ſpeciali caſu locum intelligendum, nempe de palantium militum prædonum & erronum concurſu, quibus nulla competere poteſt excuſatio. *Nullit. d fol.*17. *& Specul fol.* 116. Quin ipſe receſſus de anno 59 cum alijs habere in manifeſtis notorijs cauſis fractæ pacis, citationem quoque, & ſententiam declaratoriam requirere videatur. *Specul fol.*116. Poſtea caſum ſpecialem de militibus tumultuantibus, prædonibus & graſſatoribus, quibus in ipſo facto deprehenſis nulla ſit excuſatio, eſſe hic male applicati exempli. Nec exempla de monetæ falſatijs & militibus

nomina

nomina contra leges dantibus huc quadrare, cum illorum delictum facti nullomodo dubij ſit, quibus non competat exceptio vel defenſio; adverſus hoſce conſtitutio nunquam obſervata, ſed libertas Germanica relicta: *Specul. fol.*117.

Hinc inferunt, etiam in notoriis cauſæ cognitionem requiri. *Nullit. fol.*20. & id contra abjectiſſimum ruris cultorem. *Nullit. fol.*14. *Specul. fol.* 99. ſine qua vel Papæ vel Imperatoris ſententia nulla ſit. per multa allegata; & exempla Imperatoris & Papæ Clementis V, ſententiam Imperatoris Heinrici contra Robertum Siciliæ regem damnantis. *in Clement. paſtoralis. de ſentent. in re judic.* addita ratione, facultatem defenſionis & illa Imperatori tollere non licere, quæ juris naturalis exiſterent. exemplum Imperatoris Ludovici Bavari. *Nullit. fol.*15. Plura documenta hujus paſſim extant in actis. *Natis Ratisb. N.*9. Magdeburgenſe & Gothicum. *Vata Saxon. Elect. Ratisb fol.*235. In allegato Saxonico diſſimilitudinem eſſe maximam. *Animad fol.*34. *Infarmat. Francoiſe. fol.*24.25. *Vata Saxonic Ratisb. fol.*237. ac incertitudinem ratione proceſſus. *Animad. fol.*41. De obſervantia in genere votum Saxonicum Elect. aperte teſtatur, unicum ſuper delicto reperiri tale. *d. loco.* Certitudinem in poſterum cum prohibitione conſtitutam per Capitulationem Cæſaream. *ſuprà d. locis. Animad. fol.*41. *art.* 25. Ex hoc articulo proſcriptionem non niſi juris ordine obſervato etiam in bello fieri debere, quia læſæ parti reſervetur legitima defenſio *Animad fol.*57. quæ læſio & defenſio non niſi de armata læſione & defenſione & per conſequens de motibus bellicis intelligi poſſit. Citationem partis, quæ juris naturæ & gentium, cognitio cauſæ proceſſus legitima, & juſta ſententia, præcedant executionem. *Specul. fol.*140. Effectum lutis pœnæ diverſum eſſe

Obſervantia antiqua.

Certitudo.

Effectum.

ratione

ratione objecti, in cauſa nimirum publica aut privata. *Notis Ratiſb. N.* 12. ibidem jus Imperij, Bullam auream, conſtitutiones, jus civile & feudale, de caſu tali directo loqui. *ibidem.* Ratione læſæ majeſtatis criminis, verius eſſe, Feudiſtas diſſentire; & ex benigniori ſententia filios non privati feudis, ex pacto & providentia: quia munus generis eſt, non donum patris; quæ vero non à patre ſed à genere aut natura tribuuntur, ea manere filiis incolumia. *l. 3. de interd. & releg. & plura allegat. Animad. fol* 39. & hoc ex jure proprio non perſona patris venire. *Zaſ. de feud. part.* 10. *N.* 96. *cum ſeqq.* Id multo magis in agnatis locum habere, multis argumentis demonſtraſſe legatos Saxonicos & Brandeburgicos. *uti videre ſit in Reſp. ad Canc. B. Anh p.* 2. Præterea Iuriſperitorum ſententiam ſupra allegatam intelligendam eſſe ita ut ex mente eorundem Iuriſperitorum locum habeat quando de juſtitia & validitate ſententię Banni nulla prorſus controverſia ſit. *f.* 40. & agnatos repelli ob facinus in Cæſarem feudi dominum, & ita leges ſancire, negatum aperte Ratisbonæ fuiſſe in votis Saxonicis & Brandeburgicis. *d. Votis Ratiſb.* Ordinem denique executionis in Imperio ſtatuum ſervandum. *paſſim. & fol.* 99. *Notis Ratiſb. N.* 28.

Hypotheſis Frider. V. In hypotheſi (præſuppoſito, conſtitutionem pacis publicæ ex ſupra dictis non qualificatam, ratione notorietatis facti & executionis Bohemiæ, item executionis intuitu. *Spec. f.* 117. *& d. f.* 99.) Principiũ, medium, finẽ, cunctę hujus tragœdiæ, eſſe meram armorum executionem, vim armatam bellum inextricabile, pacis publicæ & religioſæ everſionem; juris & conſtitutionum prætextum pacem Imperio non reddere, & violentiam patratam ex poſtfacto ex tanto temporis intervallo juris & juſtitiæ velo non excu-

Modus. ſari, *Specul. fol.* 144. 140. *lit. fol.* 74. In ſpecie, modum proceſ-
ſus

ſus non legitimum eſſe, abſque ulla citatione, defenſione aut cauſæ cognitione, & ſic extra omnem juris & juſtitiæ formam. *d.fol.99.& paſſim.* abſque citatione & proceſſu ordinario, cognitione, executionem vis armatę ante ſententiam exiſtere. *Nullit.f.13.& 14.Specul.fol.107.& 114.* Et ſic non fuiſſe declarativum aut de ſuperfluo, ſed executivum prius violentum, *Specul.fol.139* pòſt prætextu juſtitiæ declarativum, & tandem (lata ſententia poſt executionem, *fol.107.*) executionis effectu exceſſivum, jure & facto illegitimum & perverſum. *Specul.fol.108.140.&154.* Idque ratione citationis proceſſus ordinarij ſive cauſæ cognitionis commiſſorum non negari, ipſa Banni formula. *Specul. fol.115* Sicuti in ſubſequentibus, per partes exceſſus declarationis ipſius, & utrinſque effectu, prolixe demonſtrant; quibus ad viam compendiariam annexarum Banni declarationis clauſulatum & limitationum ſolutiones Palatinas cum eorundem conſequentia & concluſione ultimò annectere viſum.

Violentiam & exceſſum non tantum in inſontem Friderici V Palatinatum, & ratione ejuſdem Electoratus tranſlationis; verum in tertios inſuper innocentes ante & poſt declatationem. Vt, principem inſontem Ludovicum Philippum; cujus comitatus Sponheimenſis cum principatu vi occupatus, ab Imperatore Ferdinando II ipſo innocuus declaratus. *Specul.fol.139.140.Informat.francoſe,fol.26.* erga viduam Electricem, Friderici V matrem; Agnatos ſimultanea inveſtitura munitos. *Informat franc. fol.27.* & alios Imperij ſtatus, ſpoliatos nonnullis urbibus Imperialibus occupatis è diametro contra conſtitutiones pacis. *Specul.fol.139.& 120.140.136.& ſupra pluribus in narratione facti.* nominatim aduerſus ditionem ducis Palatini Bipontini & Marchionis Badenſis. *fol.125.* cum introductio- *Exceſſus.*

troductione Miſſæ in compluribus locis Evangelicis. *Informat.franc.d.fol.* 26 & auſpicijs univerſalis belli ſive militiæ ſacræ. *Specul fol.* 125. 120. privatione religionis in Palatinatu, dilaceratione & diſtractione regionis; extorſione juramentorum inſolitorum à ſubditis, cum confiſcatione eorundem fortunatum & officialium ac miniſtrorum, Friderici V præ cæteris. *Informat franc d f.* 26. Palatinatui ſuperiori de eodem priori ſtatu in politicis & Eccleſiaſticis relinquendo a duce Bavariæ promiſſa non præſtita. *litura fol* 116. 19. *& ſeqq.* Pacem profanam & Religionis non violatam modo, ſed everſam. *Specul. fol.* 120. 128.

Præiudicium. Item quod ad id extremitatis res devenerit, ut nequaquam in Cæſareanorum amplius manu ſeu poteſtate ſit rem in priſtinum ſtatum reducere. Documento ſit hicce caſus & liquidiſſima principis fratris Friderici V cauſa; periculum fiat de ejuſdem reſtitutione cum nominatis ſupra, mandato Imperatoris eo nomine Spinolæ commiſſario dando. fruſtrà; & id eventurum quod olim. allatis exemplis, variationibus & contradictionibus Hiſpanicis, (cum idem commiſſarius, ut probatum., mandata non Vienna ſed Madritia exceptet,) Palatinatui inferiori Hiſpanis conſervando inhiantibus. *Specul.fol.* 18. *&* 122. *& ſeq.* Vim talem factam contra tractatum Vlmenſem, *Specul. fol.* 110 *Infor.franc.fol.* 26. *Notis Ratisb.N.* 21. Aſchaffenburgenſem & Moguntinum. *Informat.fol.* 26. Vlmenſem à Bavaris, verbis & factis violatum. *Animad.f.* 30. Quibus omnibus & ſingulis prætextus commiſſionum Cæſarearum nil opiruletur. *Specul.fol.* 111. Cum accuſatione & concluſione, *ut ſupra.*

Declaratio Prætextus. Ratione declarationis, prætextum justitiæ eſſe, ad juſtificandas actiones præcedentes & bellum. *paſſim. Specul fol.* 107. *cum allegat. N.* 10. *ibi expreſſe de juſtificatione expeditionis*

Hiſpa-

Hiſpanica Animad fol. 43.in fin.lituro.fol.67.

1. A fine proſcriptionis in genere;& medijs, non boni *Finis.*
publici ſed privati cauſa, *d.loc.* & modi obtinendæ ſepatationis reliquotum à Fiderico V per proſetiptionis medium. *Specul.fol.* 101. *& ſeqq & ollegoto. N.* 5.*&* 6. Vnde enixiſſimum deſiderium, votum & ſtudium Cęſaris ptoſctiptionis appateat; imo ex literis Cæſaris ad Zunigam *prodromo.N.*7. alias rationes politicas & Religionis allatas Et uno vetbo, ſtatum cauſæ tegionis & Religionis eſſe: quæ hoc caſu à juſtitia & æquitate longe abſint. *fol.*103. Idque confirmari exemplis autiquis & documentis tecentibus, ttagœdiam hanc Impetij maxime in Palatini perſona inchoatam ad militiam Religionis inttoductam. *Specul. d. fol.* 40.& *fol.*104.105.106. *cum ollegot.litura.fol.*18. plus enim attendendum quod agitur quam quod ſimulate concipitur. Separationem, ut dictum, quæſitam probat Specul. *fol.*102.*& ſeqq N.6. &* 10. *fol.*154.155. litura *conſiderot*. 10. Pòſt litura *conſideratione* 1.*& ſeqq.* fines primarios & ſecundarios facit. Priotis generis, ptopagationem papatus & hæreticorum extirpationem. *od* 8.*conſid. Informot. Concell. p.*1.*c.*10.*huc quodrat.* Alterius conditionis quatuor tecenſentur. 1. ſecutitas domus Auſtiacæ 2. de vallo munitiori Auſtriacis per Bavariam hac ratione non ſolum ditionibus ſed contta Getmaniæ quoque principes faciendo. 3. ut ſucciſa radice Palatina nihil Belgio ſperandum ſit. *conſiderat.* 19. *&* 17. 4. ad liberationem & ſolutionem ſumptuum belli. *conſiderat.*8.

2. A medijs Iuſtitiæ & paci contrarijs. Si ſalus, inquiunt, *Medio.*
Imperij, ſcopus & cynoſura & lex ſuprema fuiſſent; à vi atmara, bello, ab executione, violentia, quibus juſtiria & pax rollitut è medio, & quicquid eſt, in confuſionem & diſtractionem combuſtionemque (te effectu comproba-

ta)præcipitatur,non auſpicandum: eſſe enim incompatibilia,privatum& publicum,vim & juſtitiam.*Specul.fol.*135. Et hanc verberum formulæ proſcriptionis, rei non ulterius differendæ, §.*welches wir E ll ſub fin.* veram eſſe rationem Nam modum & ſcopum & cauſas inſtrumentales ſive apud quos, locum unde hæc premanent, & propoſitum cum enixiſſima cupiditate ſeparationis ſtatuum à Friderico V & averſionis ab ejuſdem defenſione, conſtare,*Specul.fol.*154.155.*Votis Ratisbon.N.*1. ab ipſa rei veritate: ſumto argumento à circumſtantia temporis; eventu ſcilicet, belli & tranſlationis Electoratus Palatini in Bavariæ ducem, ante declarationem anno 1621 demum publicatam,imo ante acceptationem regni Bohemiæ à Friderico Quinto factam,*litura,fol.*29. executione an.1620 peracta; *Notis Ratisbon N.*1.*ſub fin.* re cum Electoribus neutiquam ſed Papa & aliis communicata, *Specul.fol.*110. & 136. *prodrom fol.*11.ipſis literis Imperat. Ferdinandi II; *in Notis Ratisb.N* 25 *fol.*323.diplomate deſuper confecto; *ibidem*; coram & ſcriptis promiſſione facta, *Specul.fol.*109.113 contra conſtitutiones & leges Imperij, pacem publicam,ordinationem,& capitulationem,prærogativam Electorum. *d.l* & quidem factam 1.ultro ac ſponte. 2. Electoribus inconſultis. *Animadverſ.fol.*23.& *litura. conſiderat.*3 3. Bavaris jam inde ab aliquot centenis annis Electoratum inhiantibus. 4 abipſo Bavariæ duce Maximiliano antealiquot annos per publica ſcripta controverſiam motam contra continuæ poſſeſſionis 268 annorum jus & legem Aureæ Bullæ publicam.unde de ſcopo ejus facile ſit conjicere,&c.*Animad.fol.*27.28.29 & 50 finis veroFerdinandinæ ſit tranſlationis, ut perpetuitas Imperij ſtabiliatur Auſtriacis per votorum pluralitatem collegij Electoralis, & hocce beneficium tranſlationis;Bavaro hoc pacto devincto

Circumſtantia.

vincto, *Informat. franc fol.27. litura. conſiderat.4.* & domo Palatina peſſundata *.d.fol.27.* Hinc conſequentia; ut arbitrium rerum Germanicarum conſtituatur penes Papam & Regem Hiſpaniarum; ac Harmoniæ Imperij diſſonantia, libertatis multo prædeceſſorum ſanguine partæ, ac conſervatæ hactenus authoritatis & incolumitatis, uno quaſi ictu abruptio & interitus, id neceſſario conſequatur, *Specul fol.*136, 156. & ſic dominatus alienus *paſſim. Informat. Cancell p.1 c.10. lituro.fol.43.44.52.conſiderat 17*

Præjudicium publicę.

Exceſſus jam in ipſa declaratione conſideratur in perſona Friderici & reliquorum ſtatuum & aliorum. Ratione Friderici V ab effectu & comminatione executionis faciendæ, §. *Vnd ſeind.* & ipſius ſecuratis perſonæ ſublatæ, §. *ſo haben wir.* cum conſequentia pœnæ proſcriptionis contra Fridericum V, Ferdinandi II & Imperij adverſarium ac hoſtem. Contra reliquos ob comminationem vitæ ſeu necis & bonorum multæ, mandato proſcriptionis annexam; quales ſævæ comminationes legibus Imperij religionis, & profanis, capitulationi & harmoniæ Imperij, capitis ſcilicet cum membris, obſtrepant. *Specul. fol.*156. 157 & ſimul præpoſteram eſſe rationem, poſt occupationem & tranſlationem Electoratus fieri declarationem banni, ut dictum, & demum denuntiationem ſeu avocationem ſimul cæteris ſtatibus. *Specul fol.*151. In formalibus hic banni, parvi referre, an verba *geſtalten ſachen* tacite ad diſpenſationem Capitulationis, an vero ad allegatam Notorietatem referantur. Diſpenſationem Capitulationis non eſſe in manu Imperatoris; ut nec Bullæ Aureæ, conſtitutionum & pactionum art. 38. *Specul fol.*151. Imo capitulationem & plenitudinem poteſtatis eſſe contraria, *vide allegat Nullit. fol* 23. nec ratione contractus privati, minus pacti publici & legis fundamentalis, locum habere.

Exceſſus declarationis.

Diſpenſatio Capitulationis.

*Notis Ratisbon. N.*32. *Animad fol.*38. In genere, non habere locum in non ſimpliciter ſubditis. *Animad f.* 27. *&* 44 De reliquis clauſulis, *ſalutis Imperij*, *Neceſſitatis*, &c. commodius inferius agetur, effectum prius proſequemur proſcriptionis.

Conventus Ratisbonenſis. Continuato igitur bello ad reſidui Palatinatus occupationem integram: ac inducijs & interpoſitionibus, de quibus æque mox poſthac, fruſtratis; conventum Ratisbonæ indictum; non conſilij cauſa, re jam & de plenitudine quidem poteſtatis conſummata, *Notis Ratisbon. d. N.* 32 ſed per modum intimationis ſive ſignificationis, punctum tranſlationis ibidem propoſitum fuiſſe. *Animad fol.* 40. quo nec proceſſus, executio, aut tranſlatio juſtificari poſſint. Votis Eccleſiaſticis opponunt vota Electoralia Saxonica & Brandeburgica, legibus Imperij fundamentalibus & conſervatione electoralis prærogarivæ fundata, cum Notis ibidem & literis Saxonicis Elect. confirmatoriis fol. 290. extantibus. *Informat. Canc. p.* 2 *fol.* 225 *&* 226. In ſpecie, Ratisbonenſi conventu cauſam ſive factum non examinatum, nec crimen nominatim exprimi, Notorietatem ab Eccleſiaſticis præſupponi, Exemtionem Bohemiæ per ſupra dicta de juriſdictione præſto eſſe, & à Ferdinando I Imperatore anno 1548 inſinuatam Imperio. *Notis N.*28. Cauſam privatam eſſe. *N.* 9. *N.* 12. Crimina non probari. *N.* 14. 15. 16 17. 18 *& ſeqq.* In Imperio Fridericum V defenſive egiſſe. *N.* 23. Iura Imperij male applicari. *N.* 12. Modum procedendi nullo modo juſtificari, ob rationes votis elect. Saxonicis & Brandeburgicis expreſſas. *N.* 29. Monitoria & dehortationes Ferdinandi II & aliorum, votum Colonienſe, loco proceſſus reputat, eo magis quod notoriè ludibrio habita fuerint à Friderico V. Negatur; referentes ſe ad rationes & excuſationes publicatas,

tas, *Natis Ratiſb. N.5.* & alibi petitionem ſalvi conductus. Votum Colonienſe, quod omiſſam deſiderat, hunc nullius momenti fuiſſe, re ob tranſlationem Electoratus non amplius integra, &, poſthabitis oblationibus & interventionibus, ſpe nulla Friderico V relicta, *N 25. in fin.* & ob minas publicas *Animad. fol 49.*

Ad abſurda ſive præjudicia ratione Capitulationis; 1. impunitatis delicti, 2. periculi boni publici; dum per modum & articulorum diviſionem res ipſa perìret, ut ſupra dictum: Reſpondetur generaliter per inficiationem; cum duplici ratione abſurditatis aliàs ſeu contrarietatis. Capitulationem enim certum modum requirere omni modo obſervandum: 1. ab abſurdiori & ludibrij plena re; capitulationi quicquam inſertum eſſe, paci Religionis & publicæ contrarium: 2. aut Electores ſimul capitulatione Imperatori quid obtruſiſſe, in detrimentum ejuſdem authoritatis, & ſic dedecus ipſius collegij Electoralis *Natis N.*30. Imo proceſſum eſſe nullum, Iudicio ſtatuum Vnitorum per legatos ad Cæſarem declarato; Regis quoque Daniæ, anno 1621; *Natis, N.9* & tacito reliquorum proteſtantium, proſcriptionem illegitimam fuiſſe. *Votis Ratiſbon. fol.*307. *& Animad fol.*29. In liberis comitiis, & metu armorum remoto, probabile eſſe, totam Germaniam, niſi qua pontificia ſit, pronuntiaturam eſſe, in Palatini proſcriptione & Electoratus in Bavarum tranſlatione ordinem juris præſcriptum minime obſervatum. Et folio 44, *Vtramque contra leges & jura Imperij factam eſſe, publicè aſſeveramus in teſtimonium*, inquiunt, *vota legatorum Saxonicorum & Brandeburgicorum adhibemus.* & *folio.*37 Reſtitutionem Friderici V non urgendam mordicus voto Colonienſi & Eccleſiaſticorum. 1. Quod initio alicujus ſucceſſus Fridericus V. pro extremo pacis medio ceſſionem

Vnitorum Iudicium de Banno.

Germania.

Obiectiones Frid. V reſtitutioni contraria.

regni Bohemiæ & Auſtriacæ ſimul ditionis ad Danubium uſque propoſuerit; Negant *N* 22. 2. Quod Imperatoris Ferdinandi II & aliorum Electorum & ſtatuum bello ſimul implicitorum inſontium vaſtationes ditionum, Friderici V, damna longe ſuperent, & hac ratione nullum diſcrimen noxij & innocui foret. Reſpondent, Ligam non Bohemiæ tantum bello ſe implicaſſe hoſtiliter, ſed invaſioni Palatinatus ſuperioris & inferioris Hiſpanicæ & Tillianæ omnibus viribus commodaſſe, & adjuvaſſe occupationem integram utriuſque Palatinatus: *N*.23 3 Quod de humiliatione & petitione reſtitutionis Friderici V. non conſtet; objiciuntur declarationes Friderici, Regi Daniæ, Electori Saxoniæ, & Brandeburgico Electori factæ, cum interceſſionibus regiis Danicis, *N*.24. & ſubſequentibus interpoſitionibus, *N*.25. de quibus mox ſuo loco: & quod plurium ſententiæ delatum Ratisbonæ dicatur, id contra capitulationem non valere; *N*.11. & idipſum improbatum fuiſſe à legatis Saxonicis & Brandeburgicis, &c. ſed omnes Electores ex formula capitulationis conſulendos fuiſſe. *fol*: 41. 42. *Animadverſ.* Hinc Finem adminiſtrationis Iuſtitiæ fuiſſe, ut ſupra dictum, negatur, *N*. 1. proceſſus formam à legibus præſcriptam, non obſervatam, cum relatione ad vota Saxonica & Brandeburgica electoralia. & hunc aiunt non fuiſſe ſcopum verum. *ibidem & per ſupra dicta ad finem.*

Declaratio Frider. V.

Pluralitas Votorum.

Finis.

Cæterum, cum ratione finis & mediorum allegata vota in genere maximi ponderis pro re nata videantur: hic paucis præcipua inſerere operæ pretium duxi. Conventus Ratisbonenſis finis principalis, ſecuritas ſeu tranquillitas Imperij. *fol.* 16. *in votis*, 235. 265. 279. Seculares Electores, Saxo maxime, Tranſlationem non eſſe medium nec rigorem pacis reſtaurandæ, ſed materiem exacerbationis animorum,

Ratisbonenſis conventus finis.

Tranſlatio Elect. II.

morum, ſeparationis ſtatuum, ruinæ & deſolationis Imperij, *fol.* 236. & Brandeburgicus Elector *fol.* 245. affirmant. Ratione translationis in ſpecie: Primo ob formam Capitulationis non ſervatam, absque ſcitu Electorum initio factæ translationis: deinde nec hoc demum conventu conſilium eorundem peti, ſed ſaltem rem factam notificari, contra obſervantiam Imperij ſimul. *fol.* 237. 238. Secundo ob exceſſum pœnæ ſive executionis per hanc translationem. 1. Ratione liberorum Frid. V inſontium, de jure nequaquam excludendorum. *folio* 239. 295. 2. Ac matris Friderici V, viduæ Electricis; pro qua interceſſio hic facta, & oppoſitum. *fol.* 268 *& ſeqq.* 271. *ad* 278. 3. Fratris Friderici V (alimentorum cauſa ſollicitata, ipſius & matris nomine. *fol.* 270 *& d. l.*) & reliquorum agnatorum Palatinorum, in Imperio vi ſimul tantæ inveſtituræ diverſum à jure feudali communi jus quæſitum cum obſervantia habentium, *fol.* 238. huius efficaciæ, ut absque proprio delicto ipſi privari nequeant, quod Saxonico Mauritij Electoris documento clarius illuſtratur, &c. & hic pœnæ ſuos teneant authores. *fol.* 239. 4. Ratione conſequentiæ ac præjudicij aliorum Electorum & principum ſecularium hac ratione de jure quæſito & ſimultanea inveſtitura in periculo conſtitutorum, ut ob alterius delictum vel innocentiſſimi quique omni jure privarentur, rei poſteritati nullo modo excuſandæ. *Votis R fol.* 238. 239. *&* 244. 245. 5 Exterorum potentiſſimorum, reſtitutionem Friderici V ſolicitantium; qui extrema quævis data repulſa experturi, quam liberos & nepotes ad exilium redactos paſſuri ſint; re jam dudum oculis ſubjecta, dum quilibet fere belli infortunio objicitur *fol.* 289.

Exceſſus executionis. N.

Ius Imperij.

Extori.

Hinc medium reſtitutionis Friderici V, viam compendiariam ad tranquillitatis perennis & firmæ pacis reſtabiliendæ,

Reſtitutio Frider. V. pacis.

bilienda, nec authoritati Cæſareæ adverſam, autumant.
Tranſlatio cauſa belli. *d.fol.*239.266.271. cum Amneſtia univerſali in Bohemia.
*fol.*287. Viciſſim tranſlationem cum ſubſequentibus actionibus, non pro medio pacis ſed belli perpetui, pluribus
Reſervatio Iuruproximorum. de cauſis habitam. *fol.*295. Reſervationem ratione exceſſus dicti, litis, ſive compoſitionis, de jure proximorum agnatorum, poſt obitum ducis Bavariæ, cujuſque judicio relinqui, fruſtratam mox literis prærogativæ principi
Proteſtatio Ferd II. Neuburgico datis. *Informat. franc. fol* 27.35. Proteſtationem ratione Capitulationis & prærogativæ Electoralis eſſe petitionem principii; cum factum ſit in contrarium; & alijs argumentis à fine proſcriptionis. *Notis d. N.* 1. uti videre ſit literis elect. Saxonicis ad Moguntinum. *fol.*295.

Concluſio. Atque tantum de modo procedendi non legitimo, inverſo, & utroque exceſſivo, ut dictum, variis de cauſis, & inter has quoque inſtrumentalibus, *ut ſupra de facto attingitur, & modò ſuprà*, duce ſcilicet & milite externo, atque extraordinarii executionis Circuli, quæ hic Burgundici
Obiectiones Neceſſitatu Banni. non fuit. Reſtant in omnibus judicij partibus occurrentes paſſim objectiones adverſæ, ratione difficultatis Friderici V, ad pacem, humiliationem; item belli continuationis; *ſuprà in facto de permonentio. & d. Notis N.*22.24 25.26. 27. impoſſibilitatis item conventus Electorum & neceſſitatis: quæ ſimul vel maxime, quaſi extremitates argumentorum hoc ipſo conventu Ratisbonenſi paſſim agitatorum, videntur & hoc loci prolixius paulo ideo inſerendæ. Quibus opponunt in genere, interventiones, legationes, intercesſiones, oblationes, declarationes, Friderici V. *Informat franc fol. ultimo in fin. & Notis Ratisb. d. N.*25. *& N.*33. *litura. conſiderat.*11. Depoſitionem armorum ſex menſibus ante conventum Ratisbonenſem. *N.*33. ſiquidem tempore conventus hujus Mansfeldius dux copiis ſuis Ligæ Gallicæ

Google

Gallicæ militaverit, nec hactenus in Friderici V auſpiciis fuerit. *N.* 27. Et quæ hoſtilitatis ſit continuatio? cum vix duo menſes inter prælium Pragenſe, 28 Octobris 1620 commiſſum, & banni ſententiam, 2. Januarij 1621 publicatam, interceſſerint. Equidem tum temporis cuiquam conſtare non potuiſſe, de belli continuatione potius quam de pacis incunda ratione cogitaturum Fridericum V, ob avitum patrimonium poſt ad defenſionem coactum. *Animad. fol.* 18.48. Et omnibus ac ſingulis, præſertim neceſſitatis per vota Eccleſiaſticorum volitantis objectioni, opponunt ubique oblationem Friderici V ad jus & æquum perpetuam, *Specul fol.* 124.125. *& ſupra ad factum Frid V.* declaratione Cæſari non deſpicatui publica, *Notis R.N.* 15. & oblatione remiſſionis cauſæ Bohemicæ ad juſtam ſententiæ deciſionem, aut arbitrium Magnatum cauſæ expertium: *Infor. franc. f.* 20. Præterea oblationes per alios mediatos, de quibus mox per partes. *Infor. franc. fol.* 29. *Notis R N.* 24.

Tempus prælij, 1620, & Banni, 1621.

Oblatio Frider. V.

Neceſſitatem translationis Electoratus nullam eſſe; quia acceleratione non opus, & mora abſque periculo fuerit; ipſo effectu probari, nullos hactenus actus electorales Bavarum exercuiſſe. *Notis Ratisb. N.* 6.

Neceſſitatis translationis objectio.

Impoſſibilitatem conventus neutiquam 1. à tempore demonſtrari; à conventu Mulhuſiano menſe Majo 1620. celebrato, ad ſententiam banni emiſſam, undenos circiter menſes elapſos; ſatis ſpatij ad conventum. 2. ratione locorum & viarum, non defuiſſe facultatem; & exercitus hoſtilis, excepto unionis, à quo Eccleſiaſticis periculum nullum, nullum à partibus Palatini in Imperio tunc fuiſſe: ratione perſonarum, conventum Electorum perſonalem per commiſſarios Imperatoris & conſiliarios Electorum potuiſſe ſuppleri. *Notis N.* 29. cum monſtratione citinerum & locorum tutorum. *ibidem.* Manſfeldium tunc

Impoſſibilitatis conventus.

Manſfeldius.

temporis in Bohemicis terminis adhuc fuiſſe: ab invaſione utriuſque Palatinatus Ligiſtica; ſuperioris Palatinatus contra tractatum & fidem Vlmenſem manu & ſigillo Bavariæ ducis roboratam occupatione, junctis Ligæ copijs & impenſis belli, partim ex reditibus, decimis, penſionibus, ex ipſo Palatinatu quotannis ipſis obvenientibus; ſatis demũ cauſæ & anſæ adverſus vicinos eccleſiaſticos movendi habuiſſe, atq; ita bellum ſenſim Rhenũ verſus translatum, & decimo demũ menſe (a tempore banni) ex ſuperiori Palatinatu ad Rhenum deſcendiſſe, protractum eò ad liberandam Franckenthalij urbẽ obſidione Hiſpanica, & defendendum Palatinatus reſiduũ. *N. 21. 23. & d N. 29. N. R.*

Oblatio Frid. V prima.

Oblationes per tertios & borum tractatus & interventiones exprimuntur nominatim, Regis Daniæ, Electoris Saxoniæ, *N. 24.* Vnitorum Germaniæ ſtatuum oblationes & declarationes. *Informat franc. fol. 29. Notis R. N. 9.* in primis vero magnæ Britanniæ Regis, & ejuſdem continuatio, ſimulque ardentiſſimum pacis pacifici Regis ſtudium à morte Imperaroris Mathiæ vel ante Friderici V electionem commendatur. *Informat franc fol. 28. 29. lit. Conſid. 19. & 20.* Reliquæ ejuſdem pacifici Regis legationes & interventiones ab initio apparatus belli Hiſpanici contra Palatinatum, cnm continuatione belli ad finem uſque ſimul continuatæ, ordine allegantur. E quarum numero actus primus fuit: præter legationem Bruxellas ejus cauſa præviam, progreſſu exercitus Hiſpanici duce Marchione Spinola Palatinatum verſus. ubi à M. Britanniæ Rege ſecuritatis Palatinatus cauſa ablegati ubique ac apud Electorem Moguntinum anxie agebant, & exercitum unitorum Oppenheimij & circa commoratum eo nomine ſecurum eſſe poſſe ex fide Moguntina credebant. *Informat. franc. d. fol. 29.* & Vnitcrum excuſatione mox publicata. & hæc ante ban-

Interventiones Britannica regia.

Actus 1.

Invaſio Palatinatus.

te ban-

re bannum. occupata interim Friderici V & hujus fratris bona Palatinarus parte, ut ſupra dictum. Proſcriptione publicara & fruſtratis ſupra dictis tractaribus, Fridericum *Oblatio Frid. V altera.* Quinrum rotum negotium arbitrio Regum M. Britanniæ & Daniæ, cum promiſſione generali, quidquid ſalvo honore & conſcienria ſua deſiderari queat, id ſe præſtiturum, concrediđiſſe. *Specul. fol.* 124. *Informat franc. d. f.* 23. & iterara oblarione debitæ ſubmiſſionis, Regi Daniæ ac Electoribus Saxonico & Brandeburgico ſignificara *Notis Ratisb. N* 24. Poſtea reliquæ legationes Brittanicæ fuere, *Digbienſes legationes.* Digbienſis Viennam verſus ad Imperatorem Ferdinandum II, & remiſſio ejuſdem Bruxellas ab Aula Ferdinandi II; menſe Iunio prior, Seprembri poſterior, anni *Anno* 1621. 1621. *Informat franc. fol.* 30. Illa occuparionis Palarinarus integri avertendæ & rei componendæ gratia facta legatio, legaro jam in itinere reditus remiſſo Bruxellas à Cæſareanis, ut modo dictũ, exiſtente, & Viennę de Bavarię ducis *Invaſio utriuſque Palatinatus.* ceſſarione armorum ſecuro facto, conrrarios omnino verbis effectus in utroque Palatinatu, ab Hiſpanis & Bavaro in induciarum prorogatione eluſa, oſtenderit. *Informot. fran.* *Eluſio induciarum & ſuſpenſionis armorum.* *fol* 30.31. Hæc colluſionem & conrradictionem lirerarum Ferdinandi II undecimo Seprembris datarum norer. *d. l. litura. fol.* 76. *& conſiderat.* 20. fruſtra imo ſuſpenſionis banni & armorum ad tres menſes ſpem oſtenſam, querimonia Regis extat lireris ad Imperat *N.* 25. *Notis Ratisb. & litura Conſiderat.* 11. *&* 12. 20. Bruxellenſis itaque hæcce apertam contradictionem in ſe habuerir per dictas lireras & Reſponſionem legaro Bruxellis daram 8. Novembris 1621. *Informat. franc. fol.* 31. Quibus æque fruſtra peractis, *d. fol.* 31 *& Informot od Concell. fol.* 57. *& litura. d. conſiderat.* *Oblatio tertia Brittannica ſpecialis.* 12. oblatio ſcriptis facta à rege pacifico 12 Novembris, 1621, ad renunriarionem uſque Bohemicam inrer alia à

 Friderico

Oblatio renunciationis Bohem. Frid. V. Friderico V faciendam; *extat Notis Ratisb. N. 25.* confirmata forma authentica Friderici V manu & ſigillis, ſtudio boni publici & ſpe pacis Germaniæ. *Informat. franc. fol.* 32. Et licet oblatio hæcce humiliationis, in formalibus pro authoritate Cæſaris, in materialibus ſive conditionibus pro emolumento domus Auſtriacæ, ita fuerit, ut hic oblatam Ferdinando II, quod dicitur, quaſi chattam biancam aſſerant; nihilominus tamen nec Ferdinandi II declarationem, Cathegoticam minus acceptationem, fuiſſe ſubſecuram. *d. loc.* ſed extrahendi temporis moras nexas, & ulterius comitem Swarzenburgum à Ferdinando II in Angliam ablegatum, legatione in ſalutationibus, oblatione mutuæ benevolentiæ ac ſtudij, mere inſumenda. Iterato Ferd. II mandato Infanti Bruxellenſi, de tractatu ſuſpenſionis vel depoſitionis armorum cum Rege M. Brittanniæ imo & pacis inſtituendo, bellum in inferiori Palatinatu continuandum curaſſe; *Diſſimulatio oblationis Ferd. II.* diſſimulatis Friderici V oblationis conditionibus erga Evangelicos Imperij, Principi Gaboreo communicatis, & hac via ad pacem cum Imperatore faciendam adducto. inde maximam copiarum, in Auſtria, Bohemia, & alibi, exiſtentium, molem, in Palatinatum inferiorem pro reliquo abſolvendum fuiſſe.

Pollicitis interim erga Majeſtatem Brittannicam de reſtitutione & oblatione tractandæ pacis durantibus, promiſſa promiſſis cumulando; Hinc altera Bruxellenſis Brittannica tractatio: *Ablegatio VVeſtonij* ad quam Bruxellas Weſtonius à Rege ablegatur. ubi inſuper mandatum Friderici V, quod vocant, plenum, cum inſcriptione manus, à commiſſarijs Bruxellenſibus requiritur, & exhibito eo nomine, recuſato, aliud cum eradicatione tituli, ſcilicet Electoris, Friderici V, deſideratur, & ad ambages præcidendas extorquetur. *Anno 622 28 Iuny.* *Informat. franc. fol.* 32. 33. Hoc obtento, literis tandem

impe-

impetatoriis ſignificatur M. Brittanniæ regi, negotium hocce Imperium cunctum concernere; Bruxellis expedi- *Eventus tractatuum*
ri non poſſe, ideo à Ferdinando II conventum Electorum & aliorum principum Ratisbonæ inſtiturum. *d.fol.*33.non ſine magna Regis admiratione & querela reſponſi Ferdinando II delata. Idcirco Rex, periculi reſiduo Palatinatus imminentis aliquo modo declinandi cauſa, reſiduas urbes, Heidelbergam, Manheimium, & Franckenrhalium, in protectionem ſuſcipit. fruſtra. quarum duæ prio- *Protectio trium urbium Brittannica*
res obſeſſæ, Heidelberga vi expugnata & direpta, Manheimium deditione captum. Mox ſubſequitur conventus Ratisbonenſis, cum effectu ſupra poſito, & reſervatione inani Regi M. Brittanniæ notificata, ut pluribus dictum *1623, Februario menſe*
ſupra. Continuante hac Ferd. II & regis Hiſpanici erga regem M. Brittanniæ benevolentię & propenſi animi ad reſtitutionem Frid. V integram ſpecie, Palatinatu interim in plus quam calamitoſum ſtatum præſentem adducto: Bavarus in plenam ſuperioris & maximam Palatinatus inferioris partis poſſeſſionem conjuncta Electorali dignitate introducitur; promiſſa ſiquidem Hiſpanici regis, de auxilio quoque ad reſtitutionem Friderici V armis ferendo, mox verba inania extitiſſe. *Informat.franc.fol.*35. Reſtabat *Introductio Bavari.*
ultima Franckenthalij urbs. Rex M Brittanniæ igitur huic patrocinium plus quam ſuperioribus duabus occupatis profuturum diffiſus, inſtantibus & grandibus promiſſis principis Bruxellenſis fretus, eidem ſequeſtri nomine urbem dictam in manus tradidit, quæ nunc ejuſdem præſidio militari tenetur, minis quotidianis urbis diripiendæ, defectu ſtipendij, ad cujus exſolutionem urbs non obligata ſit. *Informat franc fol.*34. Concluſionis loco addunt, *Sequeſtratio Franckenthalij Brittannica,*
attes adverſæ ſuæ partis eò protractas, ut dicta princeps Bruxellenſis Hiſpanica, fuco commiſſionis Imperialis & *& ulterior 15 menſium induciarũ tractatio.*

 in-

ingentis pacis in imperio reſtabiliendæ deſiderij illinita, propoſitis quindecim menſium Palatinatus inferioris & univerſalis Imperij induciarum intervalli pacis commodius pertractandæ temporis conditionibus, effectu Palatinatui inutilibus, & fine deſtituendi Friderici V omni auxilio, ac, ne forte copijs Brunſwicenſibus & Mansfeldenſibus, tunc vigentibus adhuc, uteretur, à Rege M. Brittanniæ ſubſcriptas, haſque Friderico V eodem conſilio tranſmiſſas, ob captiones ejuſdem parum tardanti, aſt ſolicitationibus ipſi factis & ſpe pacis ab adverſariis oſtenſa, pervicto randem æque ſub ſignatas, obtinuerit. *Informat. fol.* 35. 36. Atque hæc omnia, ut dictum, effectu frivolo, Auſtria & Hiſpania voti compote inducias haſce ludibrio habente; continuatis hoſtilitatibus; ac paululum temporis poſt, tractu Bergſtratenſi, Palatinatus non contemnendo, Archiepiſcopo Moguntino attributo; calamitoſis cum Palatinatus Electoralis tum territorij principis Simetenſis gravibus triburis ſive exactionibus quotidie ingraveſcentibus impoſitis, ſubditis oneri imparibus *d fol. &c.* ut ita de ſcopo Auſtriacorum & Hiſpanorum Friderici V ex aſſe perdendi & radicitùs extirpandi eò minus dubij *d fol.* 36. 27. Ex quibus technis tanquam ſpeculo quodam, abuſus & deſpicatus interventionis Regiæ M Brittannicæ dilucide repræſentatur. *ibid.* 26. Querela Regis de impoſtura iſta, ponitur jam tum à Speculo; *fol.* 125. *in princ.* ab ipſo Rege, de incommodis ex dilatationibus & mora. *Notis R. N.* 25. *fol.* 319. *& quæ paſſim, d. Informat. franc cap.* 4. *per tot & fol.* 31. 33 *extant.*

Effectus ultimus.

Atque tantum de oblationibus Friderici V, & tractatibus. Sequitur concluſio: Proceſſum hunc eſſe contra leges fundamentales Imperij, & nullum. *Nullit. fol. & Specul. fol.* 157. eſſe ſtupendum ac triſte præſenti & futuro ſeculo,

Concluſio.

lo, pernicioſum Imperio & toti orbi Chriſtiano: Electorem primarium, ex antiquiſſima Germaniæ proſapia oriundum; omnibus in Europa Regibus & principibus ſanguine, affinitate & fœdere junctum: Imperij, defuncto Imperatore proviſorem; Cæſaris ex lege & antiqua conſuetudine Iudicem: opibus, potentia, prudentia, præclaris in orbem Chriſtianum meritis, authoritate, dignitate inclytum & conſpicuum: ab Imperatore in propria cauſa judice & recte, non citatum, inauditum, indefenſum & abſentem, capitis damnari; contra Imperij leges & Capitulationem Imperatoriam proſcribi, pace & fide Imperij excludi, &c. *d. fol. ultima.* In Specie, Proſcriptionem & translationem contra leges & jura Imperij factam, exemplo hactenus antea nunquam audito. *Litura. conſiderat. 6.* & totam Germaniam, niſi qua pontificia ſit, pronuntiaturam, ordinem juris in Capitulatione præſcriptum minime obſervatum, jura communia & æquitatem naturalem neglectam, & Electorum dignitatem atque authoritatem multis modis violatam, denique in tota hac actione & proceſſu contra Palatinum notabile & omnibus Evangelicis Imperij ſtatibus formidabile præjudicium & exemplum à Ligiſtis introductum. *Animadverſ. fol. 29* Exempla veterum Imperatorum, & vota Electorum ſecularium eos injuſtitiæ arguere, & arguent, ajunt, ad omnem poſteritatem perpetuo *fol. 37. 44.* Acceptationem Bavaricam nullo modo excuſandam. *Animad. fol.* 28. 29. 31. 32. 33. Allegando conſequentiam inconvenientiæ ſeu præjudicij Imperij, ac Electorum Secularium. *Specul. fol.* 34. 35. Imperij totius ſummæ. *Conſiderat.* 18. *Litura.* præjudicij ſucceſſionis hæreditariæ in Imperio. *per ſupra dicta, & conſiderat.* 7. periculi Evangelicorum & propagationis papatus. *Litura fol.* 20. *Vatis Ratisb. fol.* 331. præjudicij collegij Electoralis,

Teſtimonium Germaniæ

Conſequentia & præjudicia.

ctoralis,papalis ſuperioritatis & juris in ejuſmodi tranſlationibus,quibusBavarus Electoratum acceptum ferat *fol.* 333. 334.pacis Religionis præjudicij *fol.*335. cum exhortatione ad conſervandam libertatem Germanicam, Iura & leges fundamentales.*Nullit.fol.*24 Nec tacite nec expreſſe proceſſum approbandum; ſed cauſam ad terminos juſtitiæ & æquitatis, in primis legum fundamentalium, reducendam & mediis Imperij legitimis lites & bella ſopienda & determinanda.*Specul.fol.*34.35.*& fine libri.*Ne melioris hic conditionis Cardinalis Clœſelius fuiſſe videatur, qui proceſſu nupero reformato plenarie reſtiturus; vel tantundem faciant ſtatus Evangelici Imperij: ſin Friderici V ſaltem communis intereſſe & poſteritatis ipſorummet gratia, ut libitu Cæſaris proceſſus contra Fridericum Quintum à ſtatibus Imperij univerſis, in publico Imperij conventu trutinæ ſubjiciatur, examinetur, revideatur, & promento tunc vel confirmandus vel juxta jura & leges fundamentales reformandus veniat. *Informat. Canc. B. Anhal.fol.ultimo.*

Remedia.

Exemplum Clœſelij.

Cauſa communis.

Iudex.

Atque hæc prolixe de judicio, ejuſque partibus, cum partis utriuſque potioribus argumentis; idque ex votis Ratisbonenſibus bifariam conſiderarum videtur. 1 ratione juſtitiæ cauſæ. 2. modi procedendi, ſive, *ut à nonnullis ibidem*, puncti privationis & tranſlationis Electoratus. Quod utrumque effectus potius judicij foret; verum, cum, ut dictum, privatio præceſſerit hunc conventum & banni declarationem pro re nata: cum puncto privationis & merita cauſæ & proceſſus juſtificationem ſimul comprehendiſſe videntur. *ibidem.* Nos majoris perſpicuitatis ſtudio retinebimus ſupra poſitam methodum. 1. De ipſo objecto tanquam præjudiciali cauſa. 2 de juriſdictione. 3. de forma ſeu modo judicij ſive proceſſus.

Votum ſeu deciſio tertia partis libri.

De

Google

De primo videtur per modernos ſcriptores, ſufficere quæſtionem in theſi & hypotheſi de rebellione notoria & permanente. *Lit. fol 37 Iuſtit. Imper fol.* 25. verum cum formula proſcriptionis crimina & horum conſtitutiones ſeparaverit, ſive jam cumulative vel ſeorſim intententur, *Gail lib. 1. de pace public. c. 19. N. 16.*. & crimen læſæ majeſtatis ad notorietatem & permanentiam retulerit, feloniam implicite ſubjecerit, & fractæ pacis crimen Notorio tantum applicarit: commodius ſeorſim de ſingulis videndum; ut ita melius de ſingulorum probatione vel ſecus conſtare poſſit. Videmus autem, crimina præſuppoſita ubique in actis ex notorietate per mundum, per narrationem diverſorum factorum, & ſic vel ex antecedenti conſequens, vel contra, inferri; uti examinatione facti videre eſt. *Obiectum.*

Læſæ enim majeſtatis crimen objicitur & fractæ pacis in Imperio, per alterum antecedens, per rebellionem notoriam & permanentem Bohemorum ſtatuum directò, & per conſequentiam, Friderici V. Antecedentia utriuſque conſequentis ſunt. 1. Præſuppoſitio notorij, rebellionis Bohemiæ ſtatuum. Deinde ratione Friderici V, per acceptationem Electionis Bohemicæ ab eodem factam. 2. Exinde continuato bello Bohemico adverſus Ferdinandum II. 3. Ad defectionem concitatis ſubditis, vel ſaltem in protectionem ſusceptis, Ferdinandi II Auſtriacis, cum invaſione agri Auſtriaci à Friderico V vi facta. 4. Illicitis confœderationibus per Imperium factis, & delectibus habitis, cum tranſductionibus exercitus in & per Imperium, & fœderibus per Imperium non modo ſed extra id. 5. Cum extraneis Chriſtianis, vel infidelibus Chriſtianis, concitatione Vngariæ ad defectionem, & fœdere cum Tranſilvano principe inito, adhærenti & Vaſſallo Turci- *Crimina Frider. V.* *Ex facto.*

V co.

co. 6. Infidelibus, ex conſequentia machinationum Friderici V. quibus Turca facili negotio in propugnacula Imperij allici & hiſce motibus implicari potuiſſet; imo novo fœdere & mutuo.

Reſponſiones ad facta ſupra poſitæ & tales ſunt ex quibus conſequentia non neceſſario ſequitur.

Boh. cauſa non notoria, Conſeſſione.

Primò ſiquidem ratione Bohemiæ ſupra dictæ rationes rite monſtrant, non eſſe notorium. Quin ipſe author Iuſtitiæ Imperialis dum vel notorium infert, vel ſaltem dubium, ubique ſe refert ad jus hæreditarium Auſtriacum, & ſic cauſam principalem & per conſequens petitionem principij præſupponit *fol.* 33. 34. & aperte dicit, in ſecundo argumento, quo Bohemi agnoſcant Imperatorem tanquam ſupremum feudi dominum, & ſibi tamen arrogant quæſtiones dijudicare ſuperiores in politicis, an Regnum ſit Electivum vel hæreditarium, an privilegia ita intelligenda vel non, an Rex ſit abdicandus vel non, &c. bene notandum, quia in reliquis non ſit ita apertum. *fol.* 37. Ergo nec notorium. Atqui id ipſum nec in theſi nec in hypotheſi apertum, ſed in quæſtione eſt: cum pro priori proprie rebellio & crimen l. majeſtatis in non ſimpliciter ſubditum, minus in Vaſſallum, & ſic paſſive in feudi dominum non cadant, ut dictum, & infra, in hypotheſi, præter dicta modo, tempore abdicationis Ferdinandus II non fuerit dum Imperator. Ratione præteritorum factorum tempore Mathiæ Imperatoris eundem præſentem non concernant; cum ipſe gravamina anteceſſoris, ut dictum, à ſe declinet à natura correlatorum in feudis. *Arg. 2. feud. tit. 47. in fin. 2. f. t. 6. in fin.* Vlterius hæc ipſa à principali deciſionem ſument, *ut ſuprà videre eſt, part. 2. Iuris Regni & abdicationis. Iuſtit. Imp. f. 33. extſtit.* Ratione Friderici V omnino à principali dependet, an regnum electione accipere ſit crimen?

Electio Ferdinandi II. Imperialis poſt abdicationem

crimen? an electivum ſit? in lite eſt *parte 2.*

Exin ſecundò æque ex eodem pendet & à parte prima, quis ſcilicet fuerit in poſſeſſione ſi facta vis ſiet? item hinc ex qualitate belli defenſivi vel offenſivi alterutrius. *infra.*

Tertiò confœderationes cum Chriſtianis ſimpliciter non, prohibitas eſſe Bulla. *d.tit.* 15. Bohemicas cum Auſtriacis & Vngaris antiquitus & hic non à Friderico conſtitutas. *d.l.* & Regno Galliæ. *deductione Boh. Num.* 30.33. 34. *& ſeqq.* Invaſionis Auſtriæ nomine in contradictione facti ſunt

Quartò, Reliquæ ejuſdem ſunt farinæ, quia cum Chriſtianis nil nominatim exprimitur, & nihil contra leges probatum. Vnionis in modernis ſcriptis indigne ſæpius mentio fit, ſed quia in Banno non allegatur, à Friderico V non ſumit originem; ante Imperatorem præſentem à ſuperioribus non improbata nihil criminis habet. Collectio, tranſductio militis, generaliter attingitur; apparatus in Imperio Ligæ auſpicio excuſatur. *Informat. Canc.p.2.fol.* 36. & quid ni idem licuiſſet Vnitis, quod Ligiſtis? *Vnio.*

Quinto, Cum Turca nil contra Imperium ſed quies Imperij actitata, demonſtratur ipſa legari inſtructione. *Specul.N.* 18. *Informat.Cancell fol.* 111. *& ſeqq* Fridericus V, tanquam rex Bohemiæ, id agere potuerit? à principali decidirur.

Actiones ergo allegatæ, quatenus in confeſſo, ſunt *μέσα*, id eſt, per ſe res non illicitæ ſive crimina, quia de jure in meliorem partem accipienda; unde nulla criminum conſequentia eſſe poteſt. Hinc non opus eſt, de ſpeciebus criminum ulterius inquirere & alijs qualitatibus, cum ipſum ſubjectum non conſtat. Ergo nec ejuſdem accidentia. Probandum itaque prius fuiſſet genus, id eſt, eſſe crimen, antequam de ſpecie vel differentia agatur, quale nimirum *μέσα.*

V 2 crimen

crimen ſit publicum vel privatum?& ulterius, læſæ majeſtatis vel aliud quippiam? Nullo modo ergo poterit ſeparari principalis cauſa ab hac quæſtione, uti infra pluribus de juriſdictione ſequetur.

I. *Fracta pacis requiſita.* Exempli gratia, pergamus ad genera intentatorum criminum. Primò, fractæ pacis, habens requiſita tria. 1. vim factam publicam; 2. & armatam. 3. dolo ut fiat, ex propoſito & deſtinata voluntate. *Gail. 1. obſerv. 3. N. 2. lib. 1. de pac. publ. c. 7.*

Primum & ſecundum requiſitum in hypotheſi pari paſſu ambulant: æſtimanda 1. ex poſſeſſionis quæſtione, *qua de part. 1. & poſt ex parte 2 libri.* 2. Deinde, ratione loci, id eſt, exemptionis Bohemiæ, quæ in continenti probata à parte Bohemiæ & Friderici V. caſu quoque, quo vis illata fuiſſet; præter allatas ſupra rationes, ne verbulo quidem contradictas; lege publica Bullæ Aureæ *tit.* 8. De tertio jam ſupervacaneum eſt agere, an dolo factum ſit? cauſa nempe principali legitimata.

Quod ad objectiones ſupra dictas, utrinque in theſi conſtat, in rebus illicitis quidem præſumi, in reliquis non item, ſed levem cauſam ab eo excuſare. Nunc facilis erit deciſio ex principali cauſa & ſuperioribus, quodque neceſſaria defenſio doli præſumptionem excludat, *Gail de pace publ. lib. 1. c. 16. N.* 10. imo lata culpa hic non æquiparetur dolo, ſed verus requiratur, *Gail. d. l. c. 7. N.* 10, 11 Præterea reliquæ facti objectiones Mandatorum avocatoriorum Mathiæ & Monitorij præſentis Imperatoris cum Electorum dehortatione, eliſæ videntur per ſupra allatas reſponſiones Frid. V. Mandarum imo Mathiæ Imperatoris morte fuerit extinctum. *Arg. tit. 5. Bullæ Aureæ.* Poſtea dictum ſupra, pendere à principali. *Juſt. Imp. f.* 47. præterquam quod Bohemica res alio ſimul ſtatu fuerit. *ut p. 1. 2, liquet.* Quoad

moni-

monitiones illas; neſcitur cujus generis ſint, litiſne denunciationis, ut olim actoris fuit; aut belli? Exigui utique momenti eſſe, *fatetur Juſtit. Imp f.74.* & factam tardius quam fas erat; *de quo opponit Specul d.l.* Iuramentum Friderici V prædeceſſorum male applicatur in hypotheſi: in theſi quidem alias perſonale, & pro ſubjecta materia juramentum tranſmiſſibile eſt, quoad efficaciam obligationis, non vinculum perjurij. *Gail. 1. obſer. 27.*

Accedamus ad crimen alterum, læſæ majeſtatis; cujus definitio ex actis & ex jure conſtat, & duobus membris utrinque comprehenditur. 1. contra Imperatoris perſonam, 2. vel Reipubl. ſtatum crimen commiſſum eſſe. Neutrum probatur ex allatis actionibus contra Frider. V, minus ex fine & effectu rerum quantum ad ipſum. *per ſ. dicta, & ſequentia de cauſa privata, oblatione, effectis, fine, conſequentia, &c.* 2. *Læſa Majeſtatu Requiſita.*

Tertiò, Feloniæ incidenter videtur formula proſcriptionis, expreſſius juſtitia Imperiali, objectatio fieri, per conſequentiam tamen criminis læſæ majeſtatis, ibidem probari ex juramento fidelitatis, & de effectu ejuſdem feloniæ, feudum ſcilicet amitti & ad dominum reverti. *propoſ 15 fol. 51. in fin.* Hujus probatio æque inde conſiſtit in priori quæſtione ſive in utraque criminis læſæ majeſtatis ſpecie: maxime vero & conſequenter in quæſtione cauſæ publicæ & privatæ, diſtinctionis perſonarum Imperatoris & Archiducis Auſtriæ, Friderico V Imperij Vaſſallo exiſtente, non Auſtriæ. *Juſtit. Imperial. fol. 49. de quibus inferius. part. 2.* Ceſſante ergo cauſa, fidelitate, ceſſabit effectus. &, remoto uno correlativorum, removebitur alterum, & ſic ipſa relatio. In theſi novimus, non ex qualibet cauſa, qua opinio Vaſſalli gravatur, committi feloniam. *2 feud. tit. 24. §. item qui dominum. verb illud enim.* Gailius accipit om- 3. *Felonia crimen.*

 nium

nium maxime de crimine rebellionis, & læſæ Majeſtatis, *ex 1 capite lib. 2 de pace pub c. 13. N. 16.* contra dominum. Item dd. quod affectus delicti non ſit felonia niſi Vaſſallus domino inſidiatus fuerit. *2 feud. tit. 51. §. ſi voluerit. & tit. 24. § item qui. v. porro.* quod hic non probatur, *ut infrà apparebit amplius.*

Qualitates facti. Sumantur jam qualitates facti, quæ *Iuſtitia imp fol. 30. in fin. & 31. item* 39. ita explicantur, ut facta ſint talia notorie quibus dicta crimina committantur, & quod quadrent abſque omni dubio. Poſſent dici intrinſece credo. Non videmus hic per ſe notorie legibus repugnare. quare factum cum qualitatibus probandum erit. *l. prætor ait. §. docere ff de vi bon. rapt.* Facta ergo, ut ſupra abunde dictum, non ſunt talia, & ſic neceſſario non concludunt; id verò regulariter requiritur in criminalibus, & ſic cauſa fractæ pacis. *Gail. lib. 1. de pace publ. c. 15. N. 3. & 5. & c 8. N. 11. in fin l. final. Cod de probat.* Probatio ſumta ex qualitatibus ſenſibus ſubjectis quibus tota cauſa fundatur, probatur, & proceſſus juſtificatur, Notorietatis & permanentiæ, & ſic extrinſecis.

Notorium quoad antecedens ſive facta nuda, nihil ad rem; quoad conſequens, petitio principij, & ex priori dependet quæſtione, ut ex ſingularum definitione conſtabit. *Notorium.* Et majoris declarationis cauſa, Notorium utrinque accipiunt, ut dictum, quo nulla excuſatio aut defenſio eſſe poſſet. Num autem facta hæc ſint talia, abunde dictum, ex principali cauſa æſtimanda. Et notorium, eſſe legitimas multas excuſationes, & defenſiones allatas eſſe & afferri poſſe *ex p. 1. 2. libri.* ipſo judicio Cotolarij *iuſtitia imp fol. 2.* tres repugnantias Notorietatis excipientis. 1. ſi ſit ratio dubitandi. 2. res uni nota tantum parti vel judici. 3 quando factum quidem notum, ſed non quo ad qualitates; tunc

cita-

citationem & examinationem requiri. In hypotheſi omnes concurrunt, prima, ſecunda & tertia, *ob ſ. dicta part. 1. & 3* Imo quod maxime in ſecundo utraque pars adnotorium Imperij provocet, hinc unius aſſertione non probatur, *ut infra pluribus in modo: litura, fol* 38. Tota Germania, niſi qua Calviniſtica, damnavit Fridericum V. Contra *Animadverſ. fol.* 29. tota Germania niſi qua Pontificia, &c. allegatur. *Provocatio adnotorii mutua.*

Permanentiæ qualitatis non melior eſt probatio, per dictas rationes in prioribus ratione ſubjecti non probati. Quid quod nec ratione allegatarum Friderici V actionum videatur permanentia, minus obſtinatio ſive pertinacia? (uti inſimulatur *juſt. imp. fol.* 21. 41. *in princ.*) ob oblationes ipſius, ante bannum, juris & æqui, eatenus quoque dependet à cauſa principali; & poſt cum aliorum Magnatum interventionibus continuatas, & per dicta & dicenda inferius. Hinc ſi quid delicti vel per ſe vel per conſequentiam tandem probaretur, nec fuiſſet notorium initio nec permanens. Deinde ſi per conſequentiam auxilij Bohemiæ præſtiti Fridericus V reus criminis foret, diſtinctio facienda pro genere actuum, & ſic iterum cauſæ principalis. *Gail. lib. 1 de pac. p. c. 13. per tot. & N. 16. & 61. N. 46.* cum probatio abſque qualitate non dicatur concludens, nec probatio; & ſic crimen non probetur, ſed factum aliud. *Gail. d. c. 13. per tot. & N. 13. & lib. 6. de pignorat. obſ. 15. N.* 14. Qualitate ergo conſtitutionum non probata, beneficium conſtitut. locum non habebit. *N. 8. de pignorat. obſerv. 1. Num. 2.* *Permanentia* *Factum aliud.*

Et tantum de criminibus formula Banni nominatim intentatis, qua delicti qualitas exprimenda. *Gail. lib. 2. de pace publ. c. 3. Num. 24. & c. 6. N. 9. & ſeqq.* Reliqua generalia delicta, novitatis, collectionis, tranſductionis militis: *Banno cauſa exprimenda.*

ſi ejuſ-

ſi ejuſdem temporis: conſequentia priorum & ex illis cum ſimilibus & qualitate belli inferius æſtimanda: Sin nova, ut inſidiæ contra perſonam Imperatoris, concitatio Gaboris principis: *litura.fol.*128. *voto Colonienſi Ratisbon.fol.* 225: crimina fortaſſis probatu facilia eſſe inquit. Ergo non eſt notorium, & hic refertur ad probationem, & nihil ad bannum, *per ſ. dicta.* quod quæ de novo emergunt, novo indigeant remedio. maxime cum Iuſtitia Imper. non advertenda aſſerat. & merito, cum ex poſtfacto & probatione bannum præcedens legitimare non valeant, rem potius dubiam monſtrent.

Superſedebimus itaque, Cancellarias & Anticancellarias cum ſubſequentibus partibus, præcipue perſonalibus, huc introducere, cum ob dictas rationes, tum ſane ob varietates editionum: uti protocollum in Cancellaria Heidelbergenſi repertum, allegatum litura, *fol.*81. hiſce nuperis nundinis Francofurtenſib. transformatum in conſultationes ſive Cancellariam Bohemicam, &c: quo tempore ſimul ejuſdem libri vanitatem & accuſatam falſitatem cum ſingulis circumſtantijs in præfatione libelli Animadverſionis in lituram publice oppoſitam videmus unde nec hæc vel ſimilia huc cum fructu aliquo inſerenda, magna ex parte perſonalia & animi latentis; quorum Iudicium, niſi utriuſque chartis æque inſpectis, & altercantibus per dies ejuſmodi probationis comprobatis, difficillimum foret.

II. IURISDICTIO. Sed pergamus ad reliquas judicij partes; & ſecundo loco Iuriſdictionem. Hujus inſtituti non eſt, de poteſtate Imperatoris hic differere aliter quam pro neceſſitate caſus noſtri & utriuſque partis ſcriptorum, idque, ut ſupra, in theſi & hypotheſi.

In theſi, Iuriſdictio ſupra fundata, & hypotheſi, videtur

tur ſubſiſtere univerſali Imperatoris, vel uno verbo, lege regia, & ſupta, jure, obſervantia, ac ipſa Reipublicæ forma monarchica. *Inſtit. Imper fol.* 56, 63. Vtrobique interim inter partes convenit, Imperij tempora diſtinguenda, & poteſtatem Cæſaream; leges conſtitui & mutari in comitijs à ſtatibus ſecundum hodiernam Imperij Rempublicam. *Inſtit. Imper. fol.* 28. *Animad fol.* 38. *Nullit. fol.* 5. Limitatur itaque regia illa lex, *l.* 1 *ff. de conſtit. princip.* pro conſenſu & poteſtate quam tranſtulerint ſtatus Imperij. quia conſenſus ſive Electio Cæſarem facit & magiſtratum. *Iſtura fol.* 82. & Electores Cæſarem facere, *fol* 47. ait. Hinc conſequenter juxta conſenſum, (ſive Palatinas, quas appellabant,) abſque injuria familiæ Imperatoris, ſive ſit Palatinæ, ut olim, ſive Bavaricæ, Habsbergenſis, Hollandicæ, Naſſovienſis, ſive Scwarzenburgicæ principum vel comitum; quas omnes honoris cauſa nomino; & ſic præſentem Capitulationem Cæſaream, tanquam ad lapidem Lydium, hujusmodi negotia probanda veniunt: quod omnibus & ſingulis toto contextu hoc allegatis conſtitutionibus, & alijs, de annis 1556, 1557, & ordinationi Cameræ, rite convenit. Capitulatio vero, ut dictum, in quibuſvis rebus arduis Imperium concernentibus requirit conſilium Electorum, & eatenus Regula pro Friderico V eſſe videtur Status hujus jurisdictionis quæſtionis utrinque ex ſupra allatis apparet; à parte Auſtriaca parum à modernis mutatur: *Iſt. fol.* 36. An in aperto læſæ majeſtatis crimine juris neceſſitate, præſertim quando mora exitiale periculum creat, ipſi quoque Electores ſint judices? formula banni non fundatur, ſed potius præſupponitur: interim tamen fundamentum in cauſa fractæ pacis ponitur, *ut itidem Iuſtitia Imperialis fol.* 61. & 64. Conjectura facilis eſſe poteſt, quia hæc cauſa præ cæteris

Distinctio temporum Imperij.

Electio facit Cæſarem.

Capitulatio

Imperatori vindicetur ordinarione Cameræ & conſtitutionibus, *d. locis*. Hæc ergo via ſecurior Ferdinando II viſa, licet hoc ctimen minus videatur reliquis læſæ majeſtatis, rebellionis, &c. & ſic minus potens rrabere potentius, contra regulam.

Exceptiones Frid. V. tres. Res inde videtur conſiſtere exceptionibus potius Friderici; quæ pro præſenti caſu in theſi tres allegantur. 1. Exceptio incompetentiæ, ut modo dictum, ratione objecti. 2. Exemptionis Bohemiæ, & ſic loci. 3. Suſpicionis judicium ſingulæ declinatoriæ fori.

1. Cauſa publica. Prima exceptio duplex eſt, ratione cauſæ ſeu objecti publici vel privati.

Prioris publicæ cauſæ controverſa juriſdictio Cæſaris & ſui conſiſtorii, dudum ante hanc litem utriuſque confeſſione eſt. *ſupra in except. Frid. V. litura f 65. & libello Nachtrap*. Capitulatio generaliter loquitur, ut dictum. Conſtitutio Maximiliani I Imperatoris in difficultate conventum requirit, ut dictum. Vota Secularium Electorum idem deſiderant. Eccleſiaſtici expreſſe non negant ſed ad caſum impoſſibilitatis recurrunt. Auſtriaci Scriptores obſervantiam non negant, ne quidem in notoriis; & quidem tam in judicio cognitionis, quando res videretur tendere ad arma, quam executionis; *Juſtit. imp. fol. 64, 65*. & quando opus ſit. *66. fol.* Generaliter, litura, ut dictum, tribuit civilitati. Conſtitutiones volunt ex conventione. Capitulatio injungit ſub jurejurando. Ergo neceſſitatis. *arg. l. ſicuti 5. C. de ob & A.* & lex occaſionem perjurij dare non debet. *l. 2. §. quorum. C. de indicta vidui. toll.* Nam eadem facilitate ſequeretur, reliquos Capitulationis articulos eſſe civilitatis vel arbitrij Cæſaris, & actus per ſe nil valeret ubique.

Teſtimoniū Electorum in genere Aut igitur judicio Electorum cum allegata obſervantia ſtandum, quia nulli melius ſcire poſſint ſtatum & jura Imperij

perij domuumque Electoralium, *inquit Iuſtit. Imp.fol.* 35. & ſic pro horum ſenſu ordinatio Cameræ & conſtitutiones intelligendæ; aut res gravaminibus proteſtantium diu agitata hoc banno expediri non poterit ruina Friderici V & ſuæ domus. Et conſequenter, res in theſi dubia erit; Imperator Ferdinandus II vel notorietatem vel ſecus, periculum alleget moræ vel non? quod in quavis potentis ſtatus cauſa eadem ratione allegari poſſet: & ſic Elector vel princeps quiſpiam aut ſtatus alius quovis plebeio conditionis deterioris exiſteret, imo quopiam Poloniæ nobile Elector. *Vot.R f.*244. Et ſic abſurdum non eſſe, nullum caſum fere Imperatori determinandum relinqui, ſcilicet tam arduum. Minus Reipublicæ formam inverti hoc pacto. *contra Iuſtit. Imp. fol.* 63.66. Leges non evertunt Majeſtatem Imperatoriam. *inſt in proœmio. l. digna vox. C de ll.*

Poſterioris cauſæ privatæ ratione quæſtio eſt ob contradictionem utrinque allegatione juris & obſervantiæ. *Nullit. fol.* 2. *& f.d.* Iuſt. imp. *f.* 55. affirmat, Imperatorem eſſe judicem in cauſa propria privata, ſed conveniens ſæpe eſſe ut aliis committat. Item Cæſarem actorem ſibi eſſe judicem *lit. f.* 48. Sed obſervantia, & jus Imperij item, per ordinat. & conſtitutiones allegatas. tam clare omnis generis exemplis, juris ſive litis bellorum, depoſitionum, deducitur, ut non videatur opus eſſe ad volumen legum aut politica ulterius decurrere, legis vel regię ex altera, parte altera juris communis, ne quis ſibi jus dicat. Conſtitutiones pacis publicæ primævæ, & reliquæ, Maximiliani ſcilicet I, 1495, mutuam obligationem Imperatoris & ſtatuum expreſſe continent. quocum concordat Capitulatio Cæſarea *art.* 38. *& art.* 25. *&* 28. *in fin.* Sententia Electorum Secularium maxime clara votis Ratisbon. expreſſa Electoris Brandeburgici in hypotheſi de cauſa privata. *fol.* 241. Cer- *Cauſa privata.*

 tum

Diſtinctio cauſa & perſona, omnis iure.

tum ergo & neceſſarium eſt, cauſas publicas & privatas diſtingui, ut item perſonas Imperatoris, ratione Imperij & ſuæ familiæ: ut item reliquorum: *jure communi multa allegata in actis extant. Canonico d.c paſtoralis. Extravagantibus: tit. 2. in verb. officiales noſtros in ijs qua ad efficium, & e jure feudali, 2 feud tit* 100 inte Imperatorem & ducem in Frid. II. Imp individuo. *Conſt. imp. 48 tit finali. in bonis & perſona imperat. & ſimilibus vide d.c. 16. Gaily. de areſtis. Confeſſione partis juſt imp. propoſ. 16. & 17 f 47. & 48. reperiuntur, ac jure hæredit. Auſtr. exemplo C. Clæſely ſ. p. 2. Litura, in imperatore & Rege Hungariæ fol. 89. in Frid. V fol.* 123. Poſſet illuſtrari res exemplis ex actis depoſirionis forte Wenceſlai Imperatoris & Regis Bohemiæ ſimul, primum à Bohemis ſive jam incarcerati (juxta deductionem Boh.) ſive depoſiti abſque injuria Imperij, & ante quam ab Imperio, ut hiſtoria conſtat, abrogati: Item præſentis Belgii fœderati durantis belli, tanquam cauſæ Auſtriacæ privatæ, & Archiducibus Auſtriacis non Imperio vel Imperatori gerendi, licet forte exiguo Imperii pro re nata victi, ſi victores Belgæ exiſtant deſerta cauſa ab Imperio violentia belli Hiſpanici hactenus diſtracti, incremento. Et ad allatas objectiones verum quidem eſt quod fractæ pacis cauſa plerumque occurrat ob rem privatam. *juſt fol.* 53. Et tunc illa privara cauſa vel concernat tertium, ac tunc iudex ſit ſecundum leges Imperatot, vel Camera: ſin Imperatorem; non convenientiæ ſed neceſſitatis cauſa, ut dictum ſupra, erit iudex. Difficultas ramen ex utriuſque partis contradictione in eo videtur, concurrente cauſa privata: quæ & quando publica principalis ſit? privata acceſſoria ſive in conſequentiam? vel denique quando conſequenter poſſint ſeparari, & ſepoſita privata incetta crimen remanere? *Inſtit. Imper. fol.* 71.

1. Reſpon.

1. Reſponſio poſſet eſſe quod cauſæ vel coniunctæ ſint vel diviſæ. Prioris generis, quæ ex conſequentia factorum ſeparationem non recipit. Diviſa vel diſiuncta contra. *per allegat. Gaily* 1. *obſ.* 110. *N.* 4 quo caſu ſimul decidendæ, ob continentiam cauſæ. *text in l. nulli. C. de Iudiciis.* in quibus cauſa originalis ſemper inſpicienda, & actus ſecundarius regulatur a primitivo, maxime in delictis. *l. quoniam. C. ad l. Iul. de vi publ. dd. c. acceſſorium de R. I. in 6. l. ex pupillari. ff. de vulgari & pupill. ſubſt. dd.* *Cauſa coniuncta.*

2. Altera reſponſio in caſu fractæ pacis, quo verſamur, ut ſæpius dictum: Pendente iudicio, civili actione non poſſe proponi criminalem. *per text. in l. interdum. ff. de publ. iudic. Gail.* 1. *obſ.* 32. *N.* 11. *in fin.* *Continentia cauſa.*

3. Quod cauſa publica & privata dignoſcatur quoque de qualitate pœnæ publicæ aut privatæ, licet hoc caſu, pœnæ ſcilicet privatæ, ſecundario etiam dignitatem reſpiciat. *Gail.* 1. *obſ.* 39. *N.* 4. & quando, principaliter vel ſecundario ſive per conſequentiam quid ſit? tractant. *l principaliorem. C. de libera cauſa. dd.*

Sed antequam ad alia progrediamur, diſtinctionis perſonarum obiectioni, *de mutua defenſione Cæſaris & Archiducis*; item *Cæſaris & Regis Bohemiæ*; item litura fol. 47. *potuit defendi Rex Bohemiæ ab alio Cæſare, cur non & ab ipſo?* reſpondendum.

Pro prioris dubij primo membro, diſtinctio perſonæ Archiducis allata ſufficiens videtur, & cauſæ privatæ modo. Petitio ergo principij. Quod binas perſonas ſuſtinens neutrius privilegium amittat, verum eſt æque diverſo reſpectu dicto per dicta iura & ipſam capitulationem Cæſaris *art.* 6. de cauſis, *articulo* 30. de oneribus, & Iure Imperij, *art.* 38.

Alterum membrum in hypotheſi in quæſtione eſt, uter

X 3 ſit.

ſit Rex ex partibus? unde poſterius dubium dependet & modo dicta diſtinctione cauſæ & perſonæ, tum vel maxime ex præiudiciis mox ad ſuſpicionem dicendis.

Exemplum Clerici. Allatum exemplum iniuriæ perſonalis in Clerico verberato, nihil ſingularitatis hic habebit, & ſolvetur inſtantia dicti documenti C. Clœſelij. *ſupra*. ut de ſimilibus idem ſit iudicium. *l.13.& 27.ff.de LL.*

Hinc liquet, in privata cauſa Imperatorem non eſſe iudicem, & diſtinctionem iure Imperij & obſervantia probatam.

An Elect. Palatinus ſit Iudex Imperatoris. Hac occaſione incidenter ſimul tractarunt quæſtionem pro & contra, An Elector Palatinus ſit Iudex Imperatoris tanquam Imperatoris? vel Principis aut Ducis ſive Comitis? *Iuſtit. Imp propoſ.*18.

Quæſtio in hypotheſi trifariam occurrit: 1. ratione Iurisdictionis, ut iam dictum. 2. paſſim pro hypotheſeos ratione, delicti ſcilicet & proceſſus. 3. allegati abſurdi ratione, à pari, ſi Elector Palatinus hic vellet iudicem agere, non plus rationis eſſe in Ferdinandi II. cauſa hic privata.

Conſiſtit prima, quæſtione iuris & obſervantiæ priori, an ſit ſanctio, Legis publicæ nimirum, num vero enuntiativa relatio? Ex lege eſſe, duplici ratione nemo dubitabit: quia ex Aurea Bulla publica lege eſt: ſecundo quia ex conſuetudine, & ſic lege. *l.33.35.36. ff. de LL.* Confirmatur itaque bulla allegata conſuetudo ſanctione ſicuti in reliquis valitura perpetuo, argumento à toto ad partem cum ſanctione ſpeciali ratione loci iudicij: abſque accidentibus autem ſubiectum eſſe non poſſet. Quibus ſimul obſervantia futura ſtabilitur vetus, probatur ſi vel enuntiativa ſaltem enunciatio foret in antiquiſſimis. *Decius. Conſ.36. N.7.* Firma itaque eſt Palatina aſſertio, Frid. V. ex

ex lege & conſuetudine eſſe Iudicem Cæſaris. Bullæ & allegatæ obſervantiæ non ſatis factum ſupra poſitis adverſis rationibus *d. loc.* Nam quatuor argumenta *d. loco* allata, ex ſuperioribus de Iuriſdictione & poteſtate Cæſaris & aliis dictis patent, & quod nulla contradictio ſit in adiecto. Quartum inſuper, quod Vaſſallus non ſit iudex domini, per ſe falſum. 2. *feud. tit.* 16. & 20. & 78. Et Iuriſdictio appellatur, 2. *feud. tit.* 79. quoad prius membrum. Quod ad alterum propoſitionis 18 dictæ, quia Ferdinandus II. non ſit ſubiectus Palatino, ſimpliciter non eſt vera ratio, quia diverſa ſunt, forum ſortiri, & , ſubditum eſſe: *dd. ad C.* licet ratione de foro competenti, à ſeparatis nil infertur. Et quod cauſæ de privatis Imperatoris, pro quibus ut Princeps vel Comes impetitur, idque vel tanquam coram commiſſario vel ſaltem arbitro, inſtar plebeij de finibus agrorum forte inter Principem & alios quoſdam lites componentis, ſint intelligendæ, conſuetudinem denique fuiſſe quam ipſe author ignoret, negando Caroli IV. amplius ſupereſſe. Alterum ruſtice omnino compararur ſine iuris ratione, ob dicta. & ne dubium ſit, iudicis & iudicij vocibus, ſignificationis nempe generalis & ſpecialis, ut ſumi videtur Inſtit. *de actionibus. in principio. & mox* §. 1. non de arbitrio, ſed iuriſdictione quam lex publica & conſuetudo tribuit, intelligendum. *per text. C. cum cõtingat de foro competenti l. 1. & fin. C. de Emancip. liberor.* Alterum, ratione utriuſque conſuetudinis antiquioris Bulla & perpetuo conſtitutæ, per legem ex ſuperioribus perſpicuum: obſoleta eſſe non poteſt cum ſit facultatis iuriſdictio hæc. ubi contra nihil probatum, præterquam quod præſcriptione exempta per ſe niſi certis requiſitis, ad Iura; *quæ præſcriptio hic contra Imperium valida? imo qua contra Bullam perpetuo valituram, & litura ſacroſanctam, valeret?*

Pares Curia ordinariam iuriſdictionem à lege habent. Gail. 1 obſ. 1. N. 5. 5.

leret? Firma itaque manet perpetuo, ſicuti ipſa Bulla. Etſi cui animus foret in antiquitatis monumenta ratione præfectus prætorij inquirere, non exigua huius rei adminicula repetiret, *ut apud Goldaſt. tomo* 3. *Conſtitut. Imperial. fol.* 71. *verſ. grata implemus &c. conſtit.* 139. *& fol.* 96. *conſtit.* 12. *ibi: principium à Ioſepho inchoat, &c. in ll. ff. ſufficiat nobis ſacroſanctæ Bullæ authoritas.*

In hypotheſi iam, ratione incompetentiæ conſtat, confeſſione Ferdinandi II, præter ſupradicta in exceptionibus Friderici V, de votis ſecularium Electorum, & Moguntini expreſſe confitentis, nec communicationem nec conſilium Electorum interveniſſe. ergo non erit dubium. *fol.* 251 261. *Votis Ratisbon.* imo apparet amplius, præter mentem quorundam, præcipitatam proſcriptionem Friderici. *Num.* 4. 6. 10. in ſpeculo Banni, literis Cæſareis hactenus non contradictis (de interceptione quidem multa paſſim in actis & eius etimine, ſed id pendet à principali) probatur. Fuiſſe autem rem arduam, ex definitione Iuſtitiæ Imper. & quaſi confeſſione apparet fuiſſe Francofurti. qua ratione igitur deſiit poſt eſſe talis? Imo fuit ſemper, & erit, confeſſione Ferdin. II. *N* 22. *ſpecul. in Verb Cæſaris, ratione tranſlationis Electoratus, bellum futurum quod univerſam Germaniam concutiet.* pacem ac bellum, *literæ fol.* 105 totum Imperium concernere. Et Votis Ratisbonenſibus, ipſius Elect. Colonienſis. *fol.* 261. ſive iam ſit publica per conſequentiam, ſive (pro altero membro ſuprapoſitæ exceptionis) privata principalis; qualis hic merito dicitur, ob dictas ſupra rationes, & toties iteratam Ferdinandi II. confeſſionem, quibuſvis literis interceptis, ipſa formula Banni, exordio & fundamento, extantem. *Inſtit. Imp. foliis* 47. *&* 52. 54. 55. imo ipſa rei evidentia talem continentiam cauſarum hic eſſe ſi publica in quæſtionem ſumatur ut

Interceptio literarum.

Evidentia continentia cauſæ.

hæc

hæc abſque privata intellectum ullum facti aut iuris aſſequi nequeat exempli declarandi ſtudio; fieri ne poteſt uti quidem tentatur, ut rapina, ſpolium, invaſio, intentari, minus probari poſſit, niſi prius deciſa principali, civili, & ſic præiudiciali poſſeſſionis? item Fridericum V. bellum & arma intuliſſe? niſi idem conſtet, et an inde in defenſione vel offenſione extiterit? Reliqua omnia ex hoc negotio Bohemico dependent, aut in facto non liquida ſimul ſunt. Manet ergo cauſa privata Votis Electoralibus. Brãdeburgico. *d. fol.* 281. Colonienſi, ad cunctam domũ. *fol.* 255. Iudicio Eccleſiaſticorũ Elect. Francofurti *Inform. franc. fol.* 19. ac Voto Salisburgenſi Ratisb. *fol.* 248. Si ergo ante Electionem Ferdinandi II. Francofurtenſem Imperialem, ſicutir evera fuit, fuit cauſa privata: electio ſuperveniens non alterabit cauſæ qualitatem. & in delictis alias tempus delicti non ſententiæ ſpectandum. *l. 1 §. 1. & 2 ff. de pœnis.* & primordio tituli formandus poſterior eventus. *l. unic. § fin. Cod. de imponen. lucrat. deſcript. & ſupra d. l. p. 2. de Iure belli.* divino poſtea nutu Imperatorem creatum, ait text. *2. feud. tit. C.* ergo per accidens, & conſequenter iuriſdictio Cæſaris non fuit fundata, nec conſiſtorij item privati, minus exterorum, Italorum, Hiſpanorum, & neſcio cuius Hyacinthi; cum ne quidem conſiſtorium Cæſareum exteris extra Germanos conſtitui debeat. *Per capitulationem art.* 11. ſicuti nulla Imperij aut Aulæ munera. 39 *art.* nec deciſiones feudorum maiorum ſive principatuum aut comitatuum definitivæ extra Germaniam trahendæ. *ord. Cam. p. 2. tit. 7.* Textus generaliter loquitur, non de apertis tantum. Et poſito, Capitulationis articulum de feudis apertis, (c. 18. art.) deficiente ſtirpe primi acquirentis, accipiendum, ratiocinatio æque non incongrua foret, *argum. a minori ſive magis veriſimili*: Si Cæſari

non licet illico fenda ſic aperta iterum alij conferre ob utilitatem ſeu commodum fiſci,&c. ubi nullum ius familiæ cuiquam competere poteſt: minus propria authoritate poterit in alium transferre feudum ob delictum rei ubi complurimi proximiores ius liquidum habent, ne turbetur tranquillitas Reipublicæ. Duplici ratione veriſimilitudinis. 1. præiudicij iuris privati maioris in poſteriori quam priori caſu. 2. publici: tranquillitas ſiquidem Imperij, ſalus orbis, qua conquieſcit, *text. tit.* 1. *Extravagant.* præferenda commoditati fiſci vel minori utilitati. & quidem id non poreſt ut Imperator, minus ergo tanquam privatus vel ob cauſam privatam; minime vero Electoratum à territorio eiuſdem ita avellere licebit, contra *d. Aurea Bulla cap.* 20. *Capitulatione generaliter & paſſim confirmata, ut infrà in modo recurret.*

2. *Exemptio Bohemia.* Reſtant duæ Exceptiones. Altera Exemptionis Bohemiæ; in theſi locum habere in Imperio hanc declinatoriam, tum in locis iuriſdictioni Imperij alias ſubiectis, ut Ducatu Brabantiæ, *Gail. lib.* 1. *de pac. publ. c.* 11. *Numer.* 6. tum aliis extra Imperij iuriſdictionem per ſe, ut Sabaudi Milanenſis Ducis, *Null. fol.* 22. & hic regno Bohemiæ: ne verbulo quidem contradicto ab Auſtriacis. Nam licet inter proceres Germaniæ Rex Bohemiæ ſit, *ut tradit litura*, non tamen eſt inter ſtatus & circulos Imperij non plus minuſve quam dicti Vaſſalli. & *ſup. dict. locis*, *ipſa Bulla Aur. dict. titul.* 8. *ipſis conſtitutionibus pacis publicæ*, conſtat, *præter ſupradicta*, *quibus ſimul videre fuit*, Regnum Bohemiæ generaliter à Curia Imperatoris, privilegio ſcilicet Friderici II. & III. Imperatorum, imo per ipſum Ferdinandum I. Imperatorem, *Numer.* 1. *Speculo*, exemtum eſſe.

3. *Suſpicio Ferd. II.* Tertia Exceptio, ſuſpicionis, ratione Ferdinandi II. ma-

manifeſta; Ob hoſtilitatem deductam, invetſum proceſſum, cauſam privatam & privatam vindictam, pœnæque participationem ſeu bonorũ Friderici V, *ſupra de fine*, quæ omnia in ſenſus incutrunt: cum præiudicio ex cauſa dicta privata æque notorio. Nam quod *litura fol.* 47. obiectatur his verbis, *potuit defendi ab alio Cæſare Rex Bohemiæ, cur non & ab iſto?* veritati neutiquam conſentaneum: partim ob modo ſupra dicta; partim præſumtione meliori, qua præſumendum potius ſit, Imperatorem cauſæ expertem quemvis alium pro bonitate cauſæ ſtetiſſe, non præcise pro Auſtriaca, ſed Friderico V, ut hactenus apparet, æquiori, & id quidem iure & armis, *Argum. l.* 2. *Cod. de offic. civil. iudi. c. in præſentia de Renunciat.* ſicuti obligatus fuit per ll. Imperij & Iuris ordinem. Vtrius quoque cauſa ſit melior? hic ſane in quæſtione ſeu lite. ergo non præſupponenda eſt. Denique ob cauſæ ipſius & modi proceſſus apertum præiudicium, in arbitrariis Iudicis facultatem habentis, & poteſtatem in po. probationum arbitrari quando plene probatum vel ſecus; maxime ſi præſumtionibus agatur, ſicuti hic. Item an pro cauſa, & quæ violenta vel ſufficiens probatio ſit ad condemnandum. Amplius in deciſione cauſæ, quod ad definitivam procedere poſſit ex violenta præſumtione, & id quidem ex officio etiamſi nec allegetur nec probetur per partes. *Gail. libr.* 1. *de pac. publ. cap.* 15. *Num.* 18. *&* 19. Tandem quod pœnam ordinatiam mutare, minuere, remittere, &c. *Gail. lib.* 2. *de pac. publ. cap.* 9. *Num.* 20. *& ſeqq. Conſtitut.* 48. *tit. de poteſtate Cameræ.* Quis iam credat, Iudicis & partis in eadem perſona concurrentis eiuſmodi iudicium ſive arbitrium in tantum affectibus liberum fore ut partis adverſæ largius quam ſuis indulgeat præſumtionibus & ſimilibus cir-

cumſtantiis? &c. *Argumento l.3.4.5.& 6.ff.de legibus à communiter accidentibus.*

Suſpicio adhibitorũ. Suſpicio allegatorum Electorum & principum in promtu eſt. 1. ob præiudicium cauſæ ante bannum, *ut ſupra dictum, & confeſſione Auſtriaca litura. fol* 47. & 51. Nonne Eccleſiaſtici cauſam damnarunt? 2. quod belli ſocij. 3. conſortes prædæ. Prius probatur confeſſione æque. *litura. fol.* 120. & 121. primo belli anno auxilij, poſtea nomine ſuo. Poſterius confeſſione & oculari inſpectione ſive Notorio. Auſtriaca domus, Ferdinandi II. ratione, in liberanda ditione ſua Auſtriæ ſuperioris, dum Bavarus Palatinatum retinear, non eſſe vero abſimile arbitratur: *litura fol.*59. præterquam quod tota cauſa privata Bohemica in ipſius emolumentũm unius cedat, ut patet: Frater Archidux Leopoldus ditionem Germersheimenſem ſibi vindicet. Bavarus dux Electoratum, cum Palatinatu ſuperiori integro, & bona (præter immoderatum appetitum iam dudum ante ſcriptis publicis ratione Electoratus proditum) inferioris portione, locisque primariis Heidelbergæ & Manheimij, Moguntinus Archiepiſcopus tractu Bergſtratenſi hac vice potitus eſt: ſine cognitione cauſæ, & Friderico V. inaudito. cuius nomine centenis ante annis neſcio cuius actionis titulo reſuſcitata petitio, hactenus oblitetata à maioribus Friderici & ipſo, multo tempore ante & poſt & ad hunc caſum præſentem & Friderici V. deturbationem immemoriali continuata poſſeſſione iam olim iure belli & aliis munitis. *Leodius in vita Friderici II. fol.*260. Tunc Trevirenſis Elector exiſtẽs hiſce peractis vita defunctus ſucceſſorem habet Spirenſem Epiſcopum; qui præter ſupra dicta de ſubpræfecturis Alreſtadenſi & Landeccenſi cum Archiduce Leopoldo ædibuſque Palatinis Spirenſibus armata

maru manu, citra tamen fractæ pacis crimen, hactenus digladiatur: nec hiſce acquieſcens, citra Rhenum duo inſuper oppida, ultra Rhenum Heidelsheimium & Weingardium, neſcitur adhuc quo colore, non ita pridem ex Bavarica præda arripuit, uti Imperij & provinciæ notorium extat; præter alia loca, ut Limburgum, ab Hiſpanis viciſſim ipſi excuſſa. Princeps Darmbſtadienſis Landgravius præfecturam Vtzbergenſem detentat, bello ubique & cætera ſtrenuam operam Ligæ navans. Salisburgenſis Epiſcopus præter ſupra dicta Regnum Bohemiæ pro hæreditario cum Cæſare aurumat, *Vatis Ratisban. fol.* 248. per vota ſua admodum ſuſpectus, ut dictum.

Et tantum de ſuſpicione in hypotheſi: in theſi ſat dictum, jure Civili & Canonico, *ſupra.* Quatenus vero præſumtio pro judice ſit? ICti tradunt *in l. Judices. cum Auth. C. de judicijs*, quando nimirum juris ordine procedit. Iurene hic? in lite eſt. Sin contra jura? Dd. variant, ac ſiquidem contra jus naturale vel gentium procedat, ut præſenti caſu, *per d. c. paſtoralis*, non præſumi cauſam juſtam. *vide allegata Gaily 2. obſer. 58. per tot. & N. 2. obſervat. praced. & ſubſequenti.* Præſumtio ergo dependet ab ordine juris ſervando & objecto, *cauſa qualis?* privata ſi; per ſupra dicta præſumtionem validam eſſe non apparet.

Ex quibus ſingulis perſpicuum, Exceptiones Friderici V probatas & relevantes, & ſic defectum juriſdictionis, licet in theſi primum controverſa videbatur, propter certitudinem tamen per Capitulationem in rebus Imperij arduis conſtitutam (quin ſi controverſa jurisdictio reſtaret, hoc proceſſu juſtificari non poſſet) manifeſto conſtare.

Pro clauſula hujus particulæ Iuriſdictionis non immerito quæritur, Quis igitur cauſæ hujus Bohemicæ ſit judex *Iudex cauſa Bohemica.*

dex legitimus? Vtrinque convenit inter partes. Iuſtitia Imperiali *fol.32.* oportuiſſet rem ad Imperii Electores vel principes referre; Bohemi ad ſtatus Imperii provocant, *ut ſupra dictum part.2.* Palatini Scriptores conſentiunt, proceres Imperij eſſe judices: *Ausmad fol.37. Informat Cancell. fol.ult.* quod hactenus deducto iuri Imperii & obſervantiæ omnium maxime conforme eſſe exploratum eſt. De appendicibus huius cauſæ ob continentiam cauſarum & hocce reſpectu merito idem judicium erit, per ſupra dicta, & jura de connexis. *vide allegat. Gaily 1.obſ.35.N.10.lib. de Arreſtis. cap. 14. N.5 & 6. Ordinat. Camer.part.2.tit.10. §.finali.* in fracta pace maxime. *ibidem: & tit.9. S V. Gail.de pace publ.lib 1.c 6.N 2.& ſeq.*

III. *Modus ſeu forma proceſſus.* Tertia pars Iudicii, de modo procedendi commode, pro caſu præſenti, tractabitur æque, ut præcedenti factum, pro theſi & hypotheſi.

In theſi, pro caſu præſenti, ut præcedenti quæſtione de Iuriſdictione, ſufficere videretur quæſtio, quis proceſſus in intentanda vel alleganda rebellione notoria ac permanente? *ſupra dictis locis.* Verum ob eaſdem rationes, in primis ad factum recenſitas, & quod Ferdinandus II conſtitutiones pacis publicæ, & ſic ſuo loco capitulationem ad illas relatam, fractæ pacis caſu notorio tantum applicarit peculiariter, cum hac ipſa tum partium ſimul incidentis altercationis cauſa; duabus notorij & permanentis ſeorſim & conjunctim quæſtionibus res magis perſpicua tandem reddetur: ſumta occaſione ex Regula Imperij juris, pro Friderico V, *Capitulationis art.26. & 2.* militante, nimirum quod univerſaliter in omni banno nullus ſtatuum in poſterum inauditus aut indicta cauſa proſcribendus, ſed proceſſus legitimus Ordinationis Cameræ & conſtitutionis anno 1555. ſancitæ in hoc obſervandus ſit. Res inde

de conſiſtet in exceptionibus Auſtriacis, ut modo dictum, binis quæſtionibus. 1. Notorij fractæ pacis communis generaliter. 2. Et Majeſtatis ſive perduellionis, ut vocant, *ſupra*, ſive rebellionis notoriæ ac permanentis. Vtrobique videtur contradictio inter partes, in notorijs maxime de omni jure. Inſtituti noſtri non eſt, Notoria univerſaliter per jus primævum deducere, niſi pro neceſſitate caſus noſtri, eo minus, quod juſtitia Imperialis, ut ſupra videte fuit, ipſam corrigat, ratione ſcilicet joris communis. *d. fol.* 17. ut ita quaſi verboſitas illa *ad propoſitionem* 11. *uſque* ſuperflua, ut item reliquæ *à* 12. *ad finem libri*, falſis præſuppoſitis cauſæ principalis, ut ſupra videre fuit, nullius fundamenti ſed petitiones principij videantur. *Iuſtitia Imperialis.*

Res hic ergo jure primævo & moderno Imperij abſolvenda. Et pro priori, percurramus ſingula allegata jura: Videbimus, Dd. de jure divino in caſu notorio quoque diverſum ſentire, Exemplo Dei Adamum ob lapſum notum citantis. *Geneſ. cap.* 3. Adam ubi es? *ICti ad tit.* 1. *in extravagantibus. in verbis: ſine figura Iudicij. c. Deus omnipotens* 2. *quæſt.* 1. *Gail. de pac. publ. lib.* 1. *c.* 5. *N.* 5. Iure Naturali & Canonico contrarium deciſum. *d. c. paſtoralis.* §. *Caterum.* Quid quod ipſa Iuſtitia Imperialis *fol.* 26. aſſerat, Ius naturæ non excipere unum notorium plus quam alterum. Ergo nec in ejus effectu ſive defenſione ſeu proceſſu: Qualis cauſa, talis effectus. De jure communi id ſat controverſum foret. multa exempla in promptu, ut in prodigo notorio, & ſimilibus. *vide Gail.* 2. *obſ.* 51 *N.* 2. *& ſeqq.* plura exempla fractæ pacis quoque. Et veniamus paucis ad delicta Friderico V objecta, læſæ majeſtatis, fractæ pacis, & Feloniæ, ubi in notorijs declaratoria ſententia requiritur. Gail. *de pac. publ. lib.* 2. *c.* 3. *N.* 1. 2. *& ſeqq. & N.* 10. *& ſeqq & N.* 14. exemplo homicidij voluntarij & de induſtria perpetrati, Quæſtio 1.

ait,

ait, homicidium poſſe eſſe notorium, ut tamen non ſit punibile, puta ſi factum ad neceſſariam defenſionem unde perſpicuum ſit, etiam in notoriis opus eſſe citatione & ſententia, *per allegat. ibidem, & N.* 15 & per conſequens, cauſæ cognitione & ratiocinatione ejuſdem. *per alleg d.c.*3.*N.*12. *& text. l. ea quidem. C. de accuſatoribus.* Et, *Iuſtitia Imperialis fol.* 22. citationem & diſcuſſionem propter ſententiam declaratoriam requiri, & à contrario ſenſu. *fol* 18. Item quod pro regula generali in judiciis & de jure communi tradat, In delictis, quando aliquis ſtatu, bonis & vita privandus ſit, ſententiam declaratoriam requiri. *d. Iuſt. Imp. d. f.*17. Et Gail *d.c* 3.*N.*3.&9. Mundi dicit omnia jura ita intelligenda eſſe. *per text. c. cum ſecundum. de hæretic. in 6. etiam contra hæreticas. ibidem & l. eius qui delatorem ff de jure fiſci.* Huc referenda quæ mox infra de rebellibus & ſubditis cum ſimilibus occurrent.

Regula in criminalibus.

Videamus jus modernum Imperii; ubi cardo rei. Allegatur pro jure particulari Imperii primo omnium Aureæ Bullæ tit. 14. *Iuſtit. imper. fol.* 16. *ibi. ex verbis: diffidatione quacunque prævia vel obmiſſa.* Duplici ratiocinatione. 1. Sufficit diffidatio quæcunque. Ergo illa quæ eſt ſine citatione. 2. Licet omittere. Ergo ſufficit quamcunque præmittere & ſine citatione. Vtrobique dubium eſſe poſſet de vero diffidationis intellectu. ibi accipitur de denuntiatione belli & pœnarum. ab aliis de armorum denuntiatione vel detestatione tantum. *Ll.* 39. §. 2. *&* 40. *in princ. de V.S. Gail. de pac. p. lib.* 1. *c.* 4 *N.*41. Et ſic forte de executione, quia ſtatuto exceptio innocentiæ, quod in omni dubio notandum, hic non tollatur, *per text. d. c. paſtoralis. §. ut igitur*, eſſet intelligenda diffidatio, ſicuti etiam reliqua Bullæ verba, quod ipſo facto pœnas incurrat, mox cum ſimilibus conſtitutionibus explicationem habebunt præter ſenſum

Bulla tit. 14.

ſupra

ſupra in delictis *ab ipſa Iuſt Imp. fol.*17. in genere allegatum. Et ad argumentum omiſſionis forte æque poſſet reſponderi quod Iuſtitiæ author ad citationem Henrici 7, *fol.*8. ipſius judicio ad citationem rei Regis non obligati, in eo tamen peccantis quod citatio & proceſſus non legitime fierent.

Sed tranſeamus ad vera Iuris Imperij ab ipſo Ferdinando II allegata fundamenta Conſtitutionum pacis publicæ & Capitulationis Cæſareæ. Idque duabus quæſtionibus expediundum videtur. 1. quis ſenſus genuinus Conſtitutionum & ordinationis Cameræ? 2 qualis Capitulationis? & ſic an idem vel diverſus à Conſtitutionibus & ordinatione Cameræ?

Pro priori præambuli loco ſit, an Conſtitutiones ipſæ eædem per omnia ſint vel diverſæ aliquatenus? Finem eundem eſſe omnium principalem ſive ultimum, tranquillitatis nempe publicæ, ex omnibus & ſingulis allegatis & extantibus aliàs à prima ad ultimam conſtat aperte. Mutatas eſſe vel declaratas in allegatis, & expreſſe illa de anno 48 & ſequentibus, maxime de anno 55, explanate & diſertis verbis perſpicuum. & ſic generaliter ac ſpecialiter. ubique enim ita repetitur pax publica anno 1495 ſancita in omnibus quibus non mutata reperiatur, & ſic prædicitur anno 88 & ſequentibus. non opus ergo conjectura. Mutatæ vel diverſæ exiſtunt ſecundum quid. ut quandoque ratione modi procedendi, ratione pœnæ ſive effectus. quandoque, ut priori caſu, conſtitutio 1495 citationem non exprimit; exprimunt illa, anni 48, 55, & ordinatio Cameræ: poſteriori, anni 1555, 1559, conſtitutiones ratione intenſionis pœnæ banni, ſcilicet in caſibus expreſſis. *ibidem. & conſtit.* 66. *de adulteratoribus monetæ.* Eo minus dubij eſt quod Capitulatio Cæſarea id confirmet, *d. Art.* 2. &

ideo proceſſum legitimum ad conſtit. 55. & ordinat. Cameræ non primævam 1495, alligeri ſicuti ex ſpeciali cujuſque declaratione liquidius conſtabit.

Conſtitut. 1495. De dicta primæva vix litigiũ in effectu & ſenſu genuino ratione Notorii per ſupra dictam correctionem Iuſt. Imp. *f.*17 & ſaltem in eo diſputatio videtur, an conſtitutio hæc mutata ſubſequentibus? aliàs Palatini accipiunt de notorio ac manifeſto, adeo ut prorſus negari nequeat. *Nullit. fol.* 17. Auſtriaci Scriptores de notoriis & permanentibus. *d f.*17. *Iuſt. Imp.* Ferd. II. accipit, *d §. geſtalt dan*, de publice notoriis & irrefragabilibus. Priores Palat mutatam aiunt quoad citationem. *Nullit d. fol.* 17. Negat Iuſtit. Imp. *d. propoſ.* 9. cum correctione tandem, ut dictum. & ſic in conſequentiam in notoriis differentiam facit à permanentibus: ex ſubſequentibus vero mutatio vel declaratio, ut ſupra in genere dictum, clarior fiet.

Conſtit. 55. Ratione conſtitutionis anni 55, ut ex ſupra dictis patet, in contradictione ſunt de intellectu modi legitimi & via juris quam requirat. Iuſtit. Imper. dilemmare hoc reſpondet: aut caſum notorij excipi; & tunc per ſeſe eſſe conſtitutionem: aut hic reſtringi proceſſum pro ſubjecta materia, & hic ſit legitima juris via, quam nimirum jura Imperialia clare approbant. *fol.* 23. Petitio principii videtur; nititur vero ratione juris, eo quod in notoriis non ſervare ordinem ſit ſervare ordinem. *Gail. de pac. p. lib.* 2 *c.* 3. *N* 22 *&* 25. A Palatinis de prævia cauſæ cognitione, *per conſtit. f. d & ord. Cam.* requiri citationẽ etiamſi crimen notorium ſit & manifeſtum, accipitur, *author. Gail de pac. p. lib.* 2 *c.* 3. *N.* 3. *&* 12.

Senſus hinc genuinus non alius fiet quam qui præcedentibus. conſtitur. 48 expreſſus eſt: ibi requiritur citatio. *tit. de pœna pacifrag.* per rationes Iuſtitiæ Imper. quod nihil nec in genere nec in ſpecie hic aboletur. *fol.* 19. Exigui momen-

momenti videtur exceptio notorij inde, cum rubrica ſit generalis: & merito; ut ſupra dictum. ratio rationum erit, quod conſtitutio hæc expreſſe cum proceſſu ordinario- nis Cameræ injungatur iterato, *d. articulis 2. & 26*, nec primæva vel anterior hac ipſa. atqui Camera requirit æque citationem expreſſe non abſoluta periodo, ubi prius ſermo erat de notoriis & ipſo facto in pœnam incidentibus & aliis caſibus, *d. tit. 9. ordinat. p. 2. §. 2. ibi: verſicul. quam primum*. Limitatio illa merito ad præcedentes refertur ſimul & ſine diſtinctione, ipſa nunc conſtitutio ad Cameræ ordinationem ſe refert. *de mutatione. §. Daſs auch in der verfaſſung & §. ſeqq. ibi: ad Cameræ ordinat. ſuo loco inſerenda referuntur*. *Ordinatio Cameræ.*

De ordinationis Cameræ vero ſenſu eo minus dubij, quod obſervantia Cameræ à Palatinis probata ab Auſtriacis non contradicitur. *Sit ita communiter*, ait Iuſtitia Imperialis fol. 24 *ſed ſingulariter notorios, ut ſupra dictum, ſoli Imperatori tribuit, Cameræ non notorios.* ex loco Gailij cit. De quo merito dubitari poteſt, cum conſtitutiones pacis publicæ, & nominatim illa anni 48, & ordinatio Cameræ, *d. l.* indiſtincte loquantur, & ipſi Auſtriaci hactenus concurrentem Iuriſdictionem cumulative Imperatori & Cameræ attribuant, cui hoc contrarium. *ſuprà dictus locus.* & quæ ratio ſaltem foret diverſitatis ſtyli ſive proceſſus Imperatoris & Cameræ? ſane nulla. Atque cum Gailius utrinque pro hac materia ſæpius allegetur, uti ex ſuperioribus & ſequentibus patet, ſit ejus ſententia ideo & aliás potior, & quod unus materiam fractæ pacis publicæ eleganti & utili tractatu complexus ſit, & quatenus conſtitutio & ordinario Cameræ conformis exiſtit, ipſe ordinationem Cameræ *tit. 9.* & conſtitutionem Caroli V *tit. 4.* ita intelligit. *d. c. 3. N. 8. lib. 2.* & ita accipit, in notoriis ipſo *Obſervantia Cameræ.*

 jure

Ipſo Iure & facto. jure & ipſo facto incidere in pœnam *d. c. 3. per tot.* & ita in Camera ſemper obſervatum, inquit *d. N.8.* Ac ſic obſervantia Cameræ rite probata eſt. Accedit eo, quod collegium Electorum per maiora vel per omnia vota rectius dicitur, hoc ſenſu loca illa intellexiſſe, *per Capitulationis allegatos articulos 2. & 26* Liquet ex dictis verbis, & per conſequentiam dum ſanxit, ne quis in poſterum inauditus & indicta cauſa proſcribatur, ſed legitimus proceſſus juxta hanc ordinationem & conſtitutionem inſtituatur. Atq; ut maxime Ratisbonenſi conventu diſſentientes jam aliquo modo videantur Eccleſiaſtici, his contradicentibus, ut dictum, ſecularibus aperte; id tamen priori nequaquam præjudicare poterit ante factæ generali concluſioni per Capitulationem antiquiori. &, ſi deſuper dubij quicquam vel mutationis obveniret, ad ſtatus Imperii pertineret deciſio *ſuprà dictum, & infra pluribus dicetur.* Ad objectionem & illationem ex jure & poteſtate Circulorum quod attinet: Differentia primum eſt inter reſiſtere & proſcribere. 2. belli defenſivi & offenſivi. 3. non apparet, Circulos quenquam in defenſione ſui cum oblatione juris & æqui exiſtentem opprimere debere. 4. denique ad evitandos motus reſiſtentia Circulis videtur injuncta contra violentiam belli communi Imperij ſtatuum conſenſu. Ergo argumentum ita ſimpliciter non tenet à Circulis ad Imperatorem. & plures rationes incidentes eſſe poſſunt ut Circuli minus intereſſe privatum habere poſſint; quod ſecus uſu venit nonnunquam in Imperatore, ut hic, & id genus alia. Intellectus igitur ordinationis & conſtitutionis clarus.

Conſtitut. 1559. Conſtitutio de anno 59 in mutua æque contradictione verſatur. Imperator Ferdinandus II videtur formula proſcriptionis pro confirmatione pacis perpetua accepiſſe,

juxta

iuxta conſtitutionem 1495. dubium fere, an ita generaliter an ſpecialiter? item, num allegata tria exempla: 1. Monetariorum, 2. militum nuda nomina militiæ dantium, 3. auxiliantis rebellibus contra Imperatorem, aut exercitum colligentis; ad extenſionem ad caſum præſentem adducat? Auſtriacus ſcriptor *Inſtit. Imp. fol.* 25. Gailium explicat, quod loquatur conſtitutio de atrocioribus & notoriis actu permanentibus delictis, & poſtea Gailius ſubiungat caſus illos tanquam exempla (modo poſita,) reliquos autem non excludat, imo eundem incluſiſſe caſum noſtrum aſſeverat, *cap cit Num* 16. *d. fol.* 25. Hinc merito quæritur de vero conſtitutionis ſenſu.

Quod ad Ferdinandi II. ſententiam, obſcuram aliquo modo an in genere, ut apparet, de omnibus delictis notoriis accipiatur: an vero de expreſſis tantum? Si in genere; de omni fractæ pacis cauſa notoria: ſupra videre iam eſt, id non obtinere in modo procedendi abſque ſententia. Sin in ſpecie; quod non paret: nulla foret controverſia de caſibus ſpecialibus, & neutro modo procederet extenſio à Ferdinando II. uſurpata, à dictis ſive delictis minoribus ad caput rebellionis, ut ſuo loco ſupra dictum. Priori enim generali ſi comprehenditur tanquam ſpecies, non opus eſt extenſione, ſed per ſe continetur ſub genere. Poſteriori non procederet extenſio, multis de cauſis. 1. Extenſio in pœnalibus & odioſis per ſe non obtineret. 2. Quod ſtatuta ſint ſtricti iuris. 3. Quod non ſit licita in exorbitantibus à iure communi, ne quidem ob identitatem rationis. *Gail. 2. obſ* 140. *N.* 11. ut hic ratione proceſſus per ſuperius dicta. 4. Ratione Obiecti; quod caſus expreſſi ſunt tales (Auſtriacorum quoque ſupra in facto poſita ſententia Notorij) quibus nulla competat excuſatio vel defenſio; id vero ad quoſvis caſus fractæ pacis, qui regulariter cogni- *Cauſa fractæ pacis requirit citationem.*

cognitione cauſæ, ut dictum, etiam notorij, opus habent, *d. locis. Gail. lib. 1. de pace p.c.9. N.6. c.7. N 10. c.5. N.23 c.13. N 12.* vel alia delicta, etiam atrociora, non erit extendendum, læſæ Maieſtatis, *ut dictum ſupra*, imo rebellionis, *per dicta, & in altera quæſtione mox dicenda*: quia hic defenſio eſſe poſſit forte; in adulteratione Monetæ nulla. Minus inde locum habebit in μείους, quia utrobique licitorum & illicitorum diverſum genus, & ſic nulla proportio eſt. & eatenus in licitis & prohibitis eadem ratio, ratione cauſæ cognitionis; niſi quod illis probatio accuſanti incumbat: his reo, ut ſupra allatum homicidij exemplum ſine cognitione cauſæ non punibile perſpicuo demonſtrat 5. Denique, quod omnium maxime advertendum, ratione ſcilicet cauſæ efficientis, in dictis caſibus expreſſis, ſanctio iam ſive extenſio fit, in comitiis ſtatuum publicis condita, d. conſtitut. 55. *59*; & poſtea monetariorum reproborum anno *66*; ut item intenſio pœnæ hac ipſa 59 conſtitutione. Si igitur in caſibus hiſce expreſſe intenſio in comitiis facienda fuit, cur iam fieret tacite ſive per extenſionem ex expreſſis ſine comitiis ut tacitum plus operetur quam expreſſum? Nec argumentum à termino ſimplici minori ad maiorem &c. Sin eiuſdem ſpeciei caſus eſt? poſtea in quæſtione ſecunda & hypotheſi videbimus, quo extenſione non opus foret.

Arg. à minori ob diverſum genus nĩ valet.

2. Deinde, ad mentem Gailij de hac conſtitutione quod attinet, ſupra *d. c.3.* in dubium revocatam, re penitius inſpecta concilianda videtur altercatio: loqui nimirum Gailium *N.16.* de crimine rebellionis per tituli in extravagantibus caſum expreſſum; & in genere huc pertinere, quod in notorio facti permanentis, quod nulla tergiverſatione celari nequit, probatio in contrarium non admittatur. *N.17. pluribus allegatis Iuris Canonici & Civilis, & dd.* Hic non

Nec à termino ſimplici minori ad maiorẽ, ab adulteratore moneta ad principem belligerantem.

non includit fractæ pacis publice notorium crimen niſi in caſu læſæ Maieſtatis & rebellionis. *lib. 1. de pac. publ. c. 9. N. 6.* Nam *d. c. 3. N. 18.* explicat, idque omnium maxime, locum habere quando lex ita expreſſe ſcripta eſt; videlicet, quod committens notorium crimen rebellionis & læſæ Maieſtatis, ipſo facto & iure abſque ulla declaratione in bannum incidere debeat, *per text. in C. 1 in fin. de homicid. in 6.* Mox pergit ad conſtitutionem, inquiens, Sic in conſtitutione anni 59. §. *damit den hinfuro. in notoriis actu permanentibus delictis, puta polantium militum, prædonum & erronum concurſu.* Idem conſtitutum eſt, ait, anno 66, § *auff den fall dan*, contra reprobos monetarios. *N. 19* Senſus ergo apertus eſt de caſibus expreſſis iure communi, ut rebellionis, vel conſtitutionibus, ut dictis caſibus expreſſis. Nullo modo ergo dicit Gailius, conſtitutionem 59. alium caſum includere: nec expreſſe; contrarium imo ex dictis allegatis & ſeparatione caſuum iuris & conſtitutionum: nec tacite ſive in conſequentiam; quia ipſe *eodem cap. N. 24.* videtur reſtringere caſus in verbis, *in huiuſmodi atrocioribus.* Ex quid divinatione opus? ipſe Gail 1. *Obſ. c. 3. Num. 8.* *in notoriis facto pace requiri declaratoriam*, excipit, *N. 9.* Fallit, inquit, tamen in caſibus ſpecialibus in conſtitutionibus imperij expreſſis, puta in atrocioribus delictis, ut, ſi fiat concurſus militum. allegans dictas conſtitutiones, 59. & 66. Ipſe appellat caſus ſpeciales, nec dictos caſus tanquam exempla ſubiicere poteſt, cum fractæ pacis crimen per ſe non atrox modo nominet ſed atrociſſimum. *Gail. lib. 1 c. 14. Num. 9.* Eodem ſenſu enumerat hoſce caſus *lib. 1. c. 4. Num. 36. 37. 38. 39.* Caſum ergo rebellionis non conſtitutione incluſit, ut modo dictum: ut ita de Gailij ſententia nullum dubium eſſe poſſit. Iuſta inde videtur excandeſcentia Iuſtit. Imp. *fol. 25.* de particula *tantum*, quam authot

Senſus legis.

Senſus Conſtit.

Senſus Gaelij clarus.

author ille affingit, Nullitatum authori ibidem non appoſitam, nec male caſibus conſtitutione hac 59 expreſſis apponendam, *per tam dicta*.

De vero tandem conſtitutionis 59 ſenſu eo minus difficultatis, quod ipſa conſtitutionem de anno 55, §. *ferner haben wir*, confirmet, & illa de anno 55. ſaltem revideatur ratione ordinis executionis. §. *ſo haben auff.* de palantibus militibus confirmatur. §. *Wo auch im H. Reich.* ratione perſecutionis ſaltem æqualitas conſtituitur §. *Vnd wie wohl* de modo. §. *Vnd haben uns. cum* §§. *ſeqq.* conſervationis pacis & ordo executionis confirmatur. §. *weiter haben auch.* Et §. *Vnd dieweil in*, repetitur conſtit. de anno 55, de concurſu ſive coadunatione militum eorum authoribus. Tandem §. *damit dan hinfura*, finis principalis pacis publicæ cauſa extenditur pœna, ita ut ultra conſtitutam pœnam conſtitutionis 55. in bannum ipſo facto incidant abſque declaratione, &c. pœna autem conſtitutionis 55. §. *Wir ſetzen, orden*, erat privatio Imperialis cum pœna Magiſtratus ordinarij & §. *ſeq das auch die*, pœna fere arbitraria relinquitur, cum electione liberorum & uxorum. non fuit proſcriptio, vel ſaltem non firmentio. Hic iam pœna intenditur ad Bannum, ergo intenditur ſaltem caſibus nominatis, dictis ſupra, & ipſa conſtitutione, ſeu potius expreſſis utraque conſtitutione 55. & 59. ut ita referenti relatum cum omnibus qualitatibus inſit. *dd. in l. Theapampus. ff. de dat. prælegat.* Atque ita neceſſario ſequitur, quia per rationem generaliter non poteſt intendi pœna in delictis atrocioribus, quæ, ut fractæ pacis hic ante & ab initio fuit proſcriptionis, *Conſtitut. primæva* 1495, *& ſeqq. imo ipſa conſtitut.* 48. *anni*, nec mutata ſubſequentibus nec conſtitut. 55. Ergo ſpecialiter, ſcilicet ad caſus expreſſos tantum, extendenda; & per conſequens, etiam

Intenſio.

etiam ſubſequentia modi proceſſus, ut abſque declaratione incidant ipſo facto: quia de aliis non fuit ſermo; nec ratione proceſſus alias quidquam conſequenter immutatur contra ordinationem Cameræ & conſtitutiones præcedentes, ſed tantum ratione pœnæ extenſionis & proceſſus in ſæpius dictis caſibus expreſſis: cum & initio conſtitutionis dictum, ſaltem ratione executionis revidendam conſtitutionem præcedentem de anno 55. & ſic relinquitur proceſſus ordinatione Cameræ præſcriptus in reliquis: & exceptio generalis de atrocibus notoriis delictis non valet ex ſuperioribus præter caſus expreſſos, data facile inſtantia generaliter, ab ipſa fracta pace, crimine læſæ maieſtatis, Feloniæ, &c. Ambiguitatis credo amplius nihil de ſenſu genuino huius conſtitutionis per ſe nec ex mente Gailij ſupereſſe.

Reſtat intellectus capitulationis Cæſareæ: quem, ut *Senſus capitulationis Cæſareæ.* dictum, Auſtriaci quoque ad conſtitutiones remittunt. Ad quarum vero conſtitutionum alligetur obſervantiam, nempe ordinationis Cameræ & conſtitutionis anni 55: ex ſuperioribus perſpicuum. quorum clarus & apertus eſt ſimul ſenſus. Ergo capitulationis quoque ex his locis. Deinde per ſe per ipſius capitulationis verba & ſenſum expreſſa ac clara. Nam ſancitur, neminem in poſterum quacunque cauſa proſcribendum inauditum & indicta cauſa; & in cauſis arduis adhibendum conſilium Electorum. Hinc cognitio cauſæ vel citatio & ſententia per ſe & in conſequentiam requiritur. *ſupra dictis locis*. Præterea verbis Emphaticis prohibitivis, ne in poſterum aliter fiat, obſervantia, quæ pro & contra ab Auſtriacis ſupra, & quidem in notoriis quoque, conceditur, pro ſenſu dicto conſtitutionum, accedentibus Electorum ſecularium conteſtationibus Ratisbonenſibus

Aa de

de præterita, in futurum ſtabilitur.

Certus ergo & clarus ſenſus conſtitutionum & capitulationis; (ſiquidem iuris communis & Bullæ *dicto titulo* 14. obſcurus foret) per ipſas conſtitutiones, per ipſam capitulationem; per obſervantiam Cameræ ab Auſtriacis conceſſam, per obſervantiam Imperij optimam legum interpretem, *l. 37 & 38 ff. de ll.* confirmatam Electorali ſententia denuo: Electores enim iura & ſtatum Imperij & domuum Electoralium melius ullis aliis norunt. *Iuſt. Imp. fol.* 35. Et ſic per ius Imperij reſultat theſis ſeu Regula; In Notoriis etiam delictis atrocibus, maxime nominatis caſu noſtro, ſententiam declaratoriam & ſic cognitionem cauſæ requiri: Exceptis conſtitutionibus expreſſis non extendendis, ob ſupradicta.

Proceſſus in exceptis. Nec abs re erit, paucis hic advertere, etiam in dictis caſibus exceptis diverſum procedendi modum eſſe. In armata quidem violentia ſive bello offenſivo contra Imperatorem aut ſtatus Mandatum avocatorium à bello, *Conſtitut. 48. tit. de mandat. Cameræ contra pacirupas. & ordinat. p. 2 titul. 9. § Vnd ob ſich. cum § ſeq.* & purificato termino paritionis, declarationem banni, univerſalem avocationem à ſignis militum, & implorationem vicinorum auxilij requiri. *ibidem.* In reliquis vel alias uſitatum proceſſum in criminalibus ſummarium ſive Caroli V. ordinationem vix ita excludi ut quis inauditus & indicta cauſa condemnetur, ad minimum in ipſo facto deprehenſi præſentes ſaltem erunt & audiendi. Ne quidem diſciplina militari: *Iuſt. Imp. fol.* 5. nec pœna deſertori abſenti non citato ita imponitur, ſed videmus edicto vel tuba ſive tympano vocari præfixo termino hodie. *& arg. l ſtigmata Cod de fabricenſib.*

Tandem effectus pœnæ Banni utrobique, in caſibus exceptis

Google

exceptis & non exceptis, item notoriis primæ & permanentibus ſimul ſecundæ quæſtionis, ubique idem eſt; quo de pro caſu præſenti nobis agendum, & ſecunda quæſtione commodius ſubiungetur, in delictis ſcilicet.

Sequitur altera quæſtio de delictis ſeu criminibus notoriis & permanentibus, rebellionis, fractæ pacis, læſæ Maieſtatis, Feloniæ. Quæstio II.

Executionem ſine ſententia, &c. vult Ferdinandus II. in pace violata, *formula ſuo Banni*, & Iuſtitia Imp. *d propoſ.* 9 10. 11. ubi ulterius à Ferdinando II. extenditur ad caput rebellium, ut dictum, vi conſtitutionum & capitulationis. A Palatinis ex profeſſo non tractatur quæſtio proceſſus rebellionis notoriæ ac permanentis alias, quia in hypotheſi, ut ſupra dictum, ubique pernegatur. Ratione Bohemiæ quidem, ex præſuppoſito conſtitutionis ex mente partis alterius argumento, à contratio ſenſu profertur. *Speculo fol* 8. ſed theſis inde non clara manet, (quilibet verborum ſuorum interpres) qua ubique conſtitutionū, ordinat. Cameræ & capitulationis iniunctum ſæpius ſupra dictum proceſſum legitimum generaliter urgent. Litura exprimur proceſſum eundem qui alias in bello Imperij ſuborituro offenſivo vel coadunatione militum contra Imperatorem vel ſtatus; Mandati nempe avocatorij: (de quo modo ſupra:) cuius vigore purificato termino contumaces proſcribendi & communibus Imperij viribus proſequendi. *lituro d. fol.* 37. Diverſus ergo à Ferdinandi II. & Iuſtitiæ Imperialis eſt. Atque hinc apparet, hoc dato proceſſu, diverſum eſſe illum tituli *in extrovagantibus*, qui ſint rebelles? & Bullæ Aur. *dict. tit.* 14. ex mente ipſa Iuſtitiæ Imp. *fol.* 16. *& alibi*. Diverſus inde Imperij proceſſus, quo non ſtatim ad Bannum ſive executionem proceditur, ſed requiſito mandato prævio prius, ut dictum, de- *Declaratoria prius.*

 clara-

claratoria Banni & proceſſus executionis ordinis Imperij exigitur. Sit ita brevitatis cauſa in rebellione armata ſive belli offenſivi, quia ob machinationes ſaltem vel inſidias vix procederet avocatio ſola, ſed forte citario in ſuſpectis ad purgandum, mox contra contumacem citatio ad videndum ſe declarari in pœnam. *Ord p. 2. tit. 10.* Notorius vero proceſſus ſupra priori quæſtione explanatus deſideraretur. Interim negari nulla ratione poteſt, caſum hunc jure & obſervantia, vel legiſtatoris ipſius Heinrici tempore, *d. tit 2. in extravagant.* fuiſſe dubium, *per d c. paſtoralis.* caſu Regis Siciliæ Rogerij, quo allegatio notorij criminis non ſufficiebat. Aut igitur crimen notorium fuit, ut allegabatur, aut ſecus: & hic nuda accuſatio. Vtroque caſu res eodem redit. priori ſupra expedita eſt quæſtio iuris canonici: poſterior manet, quod in omnibus iudicij partibus alta mente tenendum hic, allegationem non ſufficere; (dari enim huiuſmodi caſus, non negat Iuſtir. Imp. *fol. 18.) extat hæc in Rabertum R. ſententia apud Goldaſt. conſt. Imp. to. 1. fol. 95.* Et ſic dubium amplius remanet huius legis: & quidem tunc novæ, ut apparet ex legibus & ipſo tit. præcedenti l maieſtatis, & alias legibus, *per dd. ibidem.* Et ſi nova lex eſt, merito diverſa dicitur à primævo iure Et ſiquidem cõſtitutionibus ſpecialiter lex non mutata videatur, forte tamen generaliter. *d. locis conſtit. & ordinat. Cameræ.* declarata in primis generalitate capitulationis, ratione perſonarum, cauſarũ & modi, cum dicta prohibitiva, *ne in poſterũ*, cauſa nimirũ impulſiva, concurrẽte intellectu Electorũ, ſecularĩũ maxime, nec inter notoria nec huiuſmodi caſum in genere vel ſpecie diſtinguentiũ, ſed de obſervãtia Imperij aperte conteſtantiũ, allatis exemplis gravioribus. ubi ſane rebellionis crimen objectum, ut Saxonico & cæteris & hoc ipſo ab alus Friderici V. caſu, aut habuere Electi.

Rebellio duplex Gail. lib. 1. de pac. p. 1. 19 N. 16.

Iudicium ſecularium Elect.

Google

lect. pro rebellione permanente, ſaltem intentatum crimen, & tunc res expedita eſt, quod dictum capitulationis proceſſum deſiderant: ſin minus; pro cauſa Friderici V erit, & quæſtio ſupervacanea de proceſſus modo. Nec mirum: æque enim facile eſt, crimen rebellionis objicere, ac aliud fractæ pacis, vel ſimile quippiam, reſiſtentia vel propulſatio vis aut injuriæ licita forte ſit nec ne? non plus tamen difficultatis, notorietatem & permanentiam conjunctim vel ſeorſim intentare, bonum publicum permiſcere, & id genus alia; niſi ordo juris ſerveтur, & hujuſmodi occaſionibus locus ſit. Rite igitur ſanxit *l. famoſ. 7. §. Hac tamen 3. ff. d. l. Iul. Majeſtat. Hoc crimen non in occaſionem habendum, ſed in veritate, & de dictis* nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum eſt. *ibidem. cum l. unic. ſi quis Imperatori maledix.* Haud ratio legis periculi in mora, (nullum prætextum admittit capitulatio *art. 25.*) & ſic publica, obſtabit: cum eadem militet pro ordine juris legitimo ob quam is introductus eſt, & utrumque ob tranquillitatem publicam quam hac ipſa juſtitiæ via divi Imperatores cum ſtatibus per conſtitutiones capitulationeſque Cæſareas communire & conſervare inſtituerunt; Ratio vero legis ſit anima legis, finis ſcilicet principalis. *l. 168. § 1. ff. de R. I.* Vlterius nullum hac ratione exiſtit periculum Reipublicæ: nec ergo neceſſitatis cujuſquam, dum in limitibus juris & terminis æquitatis naturalis *per ſupra dicta*, occurrendi malis, continemur. Circulorum quippe & Imperii reſiſtentia ſalus Reipublicæ tutatur, & certus ordo huic rei conſtituitur, *ut ſupra ex ipſa Litura dictum*, quo obſervato nullum periculum. Verum enimvero ſit dictus ſupra proceſſus rebellionis notoriæ & permanentis, & carenus neceſſario reſtrictus titulus extravagant. 2, ex ipſa lituræ ſententia expreſſe imprimis fol. 82 amplius tradente, ab-

Occaſio criminis l. M. & Felonia. 2. f. tit. 23.

 ſentem

ſentem poſſe proſcribi & antequam armis vincatur, ſi edicto, ait, vocatus non comparet, nimis generaliter hic: tam ratione citationis per edictum exorbitantis à jure communi, *Gail.* 1. *obſ.* 57. quam effectus hic. *infra.* Vtroque ergo caſu præſupponit contumaciam, illo mandati, nempe avocatorij, non parentis, hoc, non comparentis. Prioris exprimitur proceſſus, nimirum ut tunc demum declaratio fiat & executio communibus viribus Imperij. Poſterioris non; præſupponit tamẽ non obſcure vocationẽ ſive citationem edicto. Petamus ergo omiſſum amplius ex jure; qui erit, ut quis non condemnetur niſi legitimis probationibus, *Juſt. Imperial. ipſa, f.* 74. evidentiſſimis & omni exceptione majoribus, *Gail lib.* 2. *de pace public. c.* 8. *N.* 10. 11. & *lib.* 1. *c.* 15. *N.* 10. & 11. in criminalibus ſcilicet probationibus luce meridiana clarioribus, *dd in l. ſciant. C. de probat.* Hinc ſententia ob contumaciam ſaltem dicitur interlocutoria. *Juſt. Imperial. fol.* 8. *Gail. de pac. publ. lib.* 2 *cap* 8. *N* 8 & 11. & interim contumacis abſentis & rebellis bona vel ſimpliciter ſubditi annotanda tantum, & executio prævia citatione facienda, non ſine ſalvo conductu citationi annectendo, ut in ſuſpectis fractæ pacis, *ord. p.* 2 *d. tit.* 10. & alias ſubditis transfugis *ordinat Cam d p.* 2 *tit.* 14. *Conſtitut. anni* 55. §. *ſolches alles abzuſtellen.* quin quocunque caſu abſens damnati. Tertius opponere poſſet, ſaltem tanquam excuſator. *Gail lib* 1. *de pac. public. c.* 10. *N.* 15. & *lib.* 2 *c* 8 *N.* 6. *Vide Gail. de abſente lib. de Arreſtis c.* 10. *N.* 18. & *ſeqq* nec ſtatuta exceptionem innocentiæ expreſſe, minus tacite, tollere poſſe. *d c.* 8 *N* 5. Et tertius ratione ſui intereſſe opponere poſſet, ut hic Electores ſeculares Ratisbonæ. *Gail.* 1. *obſervation* 70. *per tot.*

Annotatio bonorum

Salvus conductus.

EFFECTVS Banni Imperij.

Effectus utriuſque quæſtionis notorij aut permanentis ſimul in Imperio apparet proſcriptio, tam fracta pace

quam

quam intentatis criminibus, nec eatenus contradictio occurrit, licet aliàs quot ſint facta tot actiones ſive banna, *Gail lib. 1. de pace public. c. 1. N. 42. & lib. 2. c. 11. N 24. & 25.* & in Felonia regulariter privatio feudi ſaltem locum habeat. *2 feud tit. 23. & paſſim.* Sed dato, ratione Imperij, ut ſupra dictum, in læſæ Majeſtatis & rebellionis crimine delinquentem ſimpliciter proſcribi ſaltem conſpirationis cum Turca & exteris pœna publicationis bonorum & Imperij interdictio ordinatione expreſſa videtur *Ordinat. Cam. p. 2. tit. 20. §. & ſic diverſa, ſit eadem.*

Vide Gail. de pac lib. 2. d. c. 13. N. 16 fracta pacis & Felonia.

Sed perveniamus ad læſæ Majeſtatis & fractæ pacis criminum proſcriptionis pœnam, quæ pro caſu præſenti non controvertitur. Ea hujus in Imperio efficaciæ eſt, ut proſcriptus communis Imperii hoſtis & omnium efficiatur; bona ejus à quovis occupentur. *Gail. lib. 2. de pac publ. c. 1. N. 20. 21.* Cujus effectus. *N. 23. & N. 26. & c. 12. N. 4. & 5. & c. 7. N. 36. d. libri:* Executio fiat Regia via per deputatos executores, & requiratur ſpecialis bonorum deſignatio. *Gail. lib. 2. c. 17. N. 23. 45. & 6.* Quæritur inde, quatenus extendatur hæc confiſcatio bonorum, ratione bonorum & perſonarum? Bonorum ratione penes delinquentem ſeu in bonis ipſius exiſtentium, quoad ipſius perſonam, nulla differentia; ſed ratione terriorum & cauſæ expertium, conſtituitur in rebus penes ipſos conſtitutis, ut hypotheca, *Gail d c 17. N. 10. & 36.* multo magis rebus ipſorum innocentibus. Item perſonarum conjunctarum reſpectu tam in propriis ipſorum quam gentilitijs & feudalibus ex pacto & providentia penes delinquentem conſtitutis. In propriis, ut uxoris, in omnibus ſuis, non in eſſe tantum, ſed in donatione propter nuptias, & paraphernalibus. *Gail. lib. 2 c. 16. N. 12.* matris, exemplo patris. *c. 13. N. 33.* Fratres & ſorores pertinent in propriis ad tertios. Nodus rei eſt in liberis

libetis & agnatis. Liberis, maſculis vel fœminis. His datur portio hæreditatis. *de tota materia vid. l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. & aur. bul. c. 24* Illis maſculis controverſia in actis eſt & conflictus feudiſtarum, diſtinguentium inter natos ante & poſt crimen, item quorundam, tatione bonorum generis. *Gail d. c. 13. & 14. per allegat. ibidem.* Agnatis æque; eo magis quod inter hos ipſos, Bavatos diſtinguere videamus, dominum hoc caſu adjuvantes vel ſecus. Diſtinctio votis Secularium Electorum cognita & Imperio & ex principali trutinanda. Conſtiturio Caroli V, *tit. de pœna pacifrag. caſu contra tertium liquido. ord. 9. tit. 24. 2. feud. §. finali Denique. in verb. ut hanc habeat ſaltem ſuæ injuria ultionem,* feudum in commiſſum cadere & ad dominum redire; ſed, ut ex actis & aliàs conſtat, conttoverſum eſt, & ſimul ad

Conſuetudo index per conſtit. 48. conſuetudines remittimur. *d. conſtit.* Quæ jam conſuetudo Imperij ſit? ſupra allatæ rationes, exempla & atteſtatio Electorum Secularium apetre demonſtrant, nimirum ut filij & agnati minime ſint excludendi, ob jus quæſitum ſimultaneæ inveſtitutæ, & proprio facto cum Imperij obſervantia. *Gail. lib. 2. de pac. publica. c. 13. N. 3.* qua regula juris maneat prima, ut pœnæ ſuos teneant authores; cum conteſtatione eorundem de præjudicio Electorum Secularium; quæ omnia jure fundata ſunt ipſo, *Gail. d. c. 13. N. 26. & 14 N 7.* confirmata obſervantia imperij legibus generalitet expreſſa & teſtimonio Electorum Seculatium in ſpecie comprobata, juti quoque conſentanea quod dicta crimina læſæ Majeſtatis & rebellionis in non ſimpliciter ſubditos vete non cadant, quales ſtatus Imperij non ſunt.

Hypotheſis In hypotheſi, nos in neutro caſum hiſce terminis verſari, ſupra abunde dictum. ſed poſito caſu; Capitulationis Cæſareæ proceſſum ſupra explanatum æque non obſervatum videmus, uti mox amplius.

Exami-

Google

Examinemus jam proceſſus forma ab Auſtriaeis in theſi præſcripta hic adhibitum modum.

1. Præſcriptus non eſt obſervatus, in permanentibus ſcilicet minus notoriis tantum expreſſis vel non expreſſis caſibus, ut dictum. Prima ratio generalis, ut videtur, poſita, quia edicto non vocatus abſens Fridericus V, ſed proſcriptus inaudirus, dignitare & bonis exutus, ante utrumque bannum nempe aut vocationem vel proceſſum ullum; ut conſtat formula ipſius Banni, & ſic confeſſione partis & votis Ratisbonenſib. Eccleſiaſticis & Secularibus.

2. Deinde ſecunda ratio ſpecialis. 1. Hic mandatum avocatorium vere non extat, quia diffidatio illa avocat à Regno principaliter, ut probatur ipſa formula, *d. §. Alles wieder &c. & juſtit. Imper. fol.* 47. *&* 78. non avocat ab armis; niſi quis in conſequentiam argumenretur. vel poſito, quod non eſt, acceſſorie venire Regnum, & avocari Fridericum à militia; tunc mandatum cauſa fractæ pacis cum clauſula ſaltem, non ſine clauſula, ut hic apparet, procederet, 1. cum cognitione cauſæ. *per ſupra dicta.* quod non omnis violentia ſit fracta pax, nec reſiſtentia omnis rebellio. 2. Hac ratione paritioni ſatisfactum foret per oblationem juris & æqui Friderici V; & ſic non purificatus terminus. Nulla enim contumacia foret. *contra lituram* 45. ſed res ad viam juris perveniſſet. Et cum contumacia in jure duplex ſit: non comparentis, de qua prius dictum: & non parentis: hæc non probetur, nec illa non expreſſa ob non factam citationem nec edicto: quæ aliàs ſat dubia, quando licita? nec alia legitima ratione, nec tacita forte; quia Friderici V non fuerit ſalvum conductum petere, *per dicta ſupra:* imo dato, caſu fictam taciram eſſe; non plus operabitur quam expreſſa, quæ per ſe ficta probatio, nec ſufficiens ad definitivam: *per ſupra dicta:* Neutra ergo

probatur. 3. Tertium requiſitum declaratio, nullius momenti. tum ob efficientis cauſæ defectum: *ſup. de juriſdictione* tum ob formam, inverſionem nimirum, *ut modo dictum, & paſſim infra.* 4. Forma executionis deſideratur communibus Imperii, non ſumtibus tantum, *paſſim: & voto Colonienſ. Ratisbon. fol.* 262. ſed conſilio ſtatuum communi de ſecuritate publica, *Conſtitution. anni* 64 §. *dieweil aber gegenwartiger. & ſeqq. Inſtit. Imperial. confeſſione d. fol.* 64. 65. *Conſtitut. Maximiliani I. ſupra dict. loc.* ac ordine Circulorum præſcripto, Evocatione ſcilicet. *d. l. Ordinat. Cam. p.* 2. *d. tit.* 9. *& conſtit.* 48. *&* 55. *Quando lex duo requirit, utrunque adimplendum. l.* 110. § 3. *ff. de R. I.*

Dehortatio Electorum quorundam & principum nihil ad rhombum, quod dicitur; appellatur, ut ſupra videre eſt, damnatio cauſæ principalis. *Litura d. fol.* 51. æque de regno expreſſe, non bello. *Inſtit. Imp. dicto fol.* 78. cui æque merito ſatisfactum per oblationes juris.

Modus inde inſtituti proceſſus non eſt legitimus, ne quidem ex præſcripto Lituræ dicto. ſed auſpicium, Executio, 1. in tranſlatione Electoratus literis Cæſareis; *Litura. fol.* 26. *verſ. cujus ex eo tempore &c.* 2. invaſione duplici: una in Palatinatum: ubi quæſtio, an ſit diverſio? altera, Bohemiæ, quæritur, an ſit defenſio, utrumque ex qualitate belli: *infra*: deinde, his peractis declaratio banni; uti argumento temporis extat; 3. continuatio belli & invaſionis in utroque Palatinatu; eluſis interventionibus & pacis tractationibus ac oblationibus Friderici V; recuſatis ubique induciis ſive mutua armorum depoſitione, ut inferius clarius erit; ad ſtatum uſque utriuſque Palatinatus præſentem afflictum & calamitoſum, & Friderici V dignitate deſtituti Electorali & bonis omnibus; cum uxore, liberis, imo matre, fratre, ſorore cœlibe, atq; his, alimentis hactenus

Google

nus effuctu ipſo denegatis; nec exilio quidem tuto relicto Friderico V ob minas Anaxarchorum; Agnatis, ad 30 circiter, cum dictis jam, Rodolphi I Electoris proſapiæ principes, jure ſuo fraudatis; ſubditis officialibus, ditionibus Palatinis, exactionibus, confiſcationibus, ad egeſtatem & ruinam redactis, afflictis; in ſactis & profanis abſque ullo compoſitorum cujuſque loci notorio omnium oculis ſubjicitur. Quibus omnibus & ſingulis vel in caſu criminis vero inverſio & exceſſus ubique plus ſatis probatur, contra Fridericum V, contra tertios & inſontes principes, comites, ordinem equeſtrem & urbes Imperiales, & ſic contra jura & obſervantiam Imperij. *per dicta in theſi & hypotheſi & votis Secularium Electorum Ratisbonenſibus & interceſſionibus ibidem.*

Effectus ergo executionis ex jure eſſe nequit nec translationis: tum defectu poteſtatis Imperatoris & juris, *ſupra de Iurisdictione*: tum ipſius Bavari ducis intuitu; cui controverſia movetur bifariam: 1. quo jure acceperit? 2. quo jure detineat, & qua fide? *Animadverſion. fol.* 31.

Vtrumque, non tam ob dictam affectationem vulgaris ſcriptitationibus diuturnam & *μαλαξίαν* Bavaricam multo ante tempore publicam, quam notitiam cuncti propoſiti Ferdinandini à capite ad calcem, jam tum Vlmæ 3. Iulij 620, Ligæ, cui Ferdinandus Secundus ſe alligat, caput, dux & commiſſarius prior Marchione Spinola id teſtatur Moguntinus Elector 29 Auguſti 620. *Specul. Num.* 1. 12. *Confer. Num.* 19. tantum abeſt ut ſincerationes Bavaricæ allegatæ quidquam contra poſſint, ut per Imperium hæc vox in abuſum jam abierit & prævaricationes intelligantur; nedum ipſius tractationis. Vlmenſis contextus, ex præcedentibus & ſubſequentibus *Antiphraſis.*

 actio-

Fmis Vl-menſis. actionibus, cum fine principali, maxime tranquillitatis, Imperij ſcilicet & pacis inter Ligam & Vnionem, cum incluſione utriuſque Palatinatus, hujus ſtudio factæ, technas ipſis factis, maxime vero effectu de tentationis Electoratus (vel cum pernicie Reipublicæ, *Votis Electoralibus Secularibus Ratisbonenſibus*) injuriæ arguant. præſumptiones enim de primo conſilio Friderico Quinto dato cedent veritati præſentique eventui. *l. qui ad certum. ff. locati.* imo inverti poſſent, quod captatit Electoratum diſſuadendo Regnum ut Liga ſuperior foret vel debellando major prætextus eſſet. *l.79. ff. de Reg. Iur.* eo meliori jure quod Lituta invettat ſtudium Friderici Quinti in evehendo Bavato. *Specul fol.*112. Malo & recto aſtu diadema alteri cuidam principi à Friderico V delatum ait *fol.*42. Æque enim pro uno ac altero præſumptio eſt. *c final de præſumpt.*

Conventus Ratisbonenſis nihil remedij nec publici nec privati affert. Videtur pura puta continuatio primi proceſſus ac ejuſdem effectus: Neutiquam cognitioni cauſæ locus, per ſe, & quia Electoratus jam translatus, & nulla adhibita cognitio: nec gratiæ quidem locus, quia expreſſe electoratus excluſus ante & ipſo conventu proteſtatione Ferd. II. Fruſtra igitur ſalvus conductus, ſiquidem præter ſ. dicta, petendus, quod non eſt, à Frid. V fuiſſet: imo bis petitus ab Electore Brandeburgico Ratisbonæ, ſed non impetratus: *Vot. f.* 267. 276. & majori præjudicio Friderico V, ob præſentiam extitiſſet. 1. *feud. tit. V. §. præterea ſi.* Notio facti nulla, facta, acta, actiones, Seculares vocant Electores. & inſtituitur ibi ſaltem notificatio *per dicta* quæ de proceſſus & tranſlationis puncto in nervum contradictionis & proteſtationis erupit; fine tranquillitatis publicæ fruſtrato. Collegium Electorale non inte-

integratur pro vice Friderici V. rei facti inauditi & abſentis; ſed cunctum, maximo Reipublicæ detrimento & præſenti periculo, ab Electoribus ſeculatibus effectu prædicto reſpondente, diſſipatur, ut, qui tum aliquis conventus eſſe potuit, hactenus nullus extiterit, ipſo Imperij notorio probatu facile: cum denegatione alimentorum in effectu hactenus per biennium continuata. ubi mirum, Electores Eccleſiaſticos cauſam favorabilē hanc in matre Friderici V, fratre quoque, iudicandam à principali dixiſſe *Votis Ratisb.* quod necare eſt. *l necare. ff. de liber. agnoſcend.*

Nec tandem defectui huic modi illegitimi, *ut item membro 2. ſupra*, nullitati Iuriſdictionis, patrocinia eſſe poterunt, tanquam extrema & extraordinaria remedia, *dd. in l. in cauſa. ff. de minorib. vigint.* Limitationes & Cautelæ Neceſſitatis proſcriptionis & tranſlationis, (deinde belli, ex conſequenti, *infertur de qualitate belli*,) ut amplius boni publici, Iuſtitiæ nimirum, pacis & ſalutis Imperij, & ſimilium. *Limitationes & clauſula Banni.*

Neceſſitas illa primum proſcriptionis nulla videtur, ratione publici ex effectis contrariis; ob oblationes Friderici V, iuris & æqui, & toto contextu noſtro. Nec privata neceſſitas fuit domus Auſtriacæ, quæ forte non advertenda hic: 1. quia ſicuti utroque caſu Iuris ordine acquieſcendum nec ei diffidendum fuiſſet, 2. ſic (quod multis documentis & ipſa evidentia clarum) multi Imperatores & Archiduces diſiunctim & coniunctim fuerint non ſimul Reges Bohemiæ, nec propterea perierint, uti infert Iuſtit. Imp. fol. 27. 3. Vtroque æque caſu Notorium, & intervenientes Reges, & Magnates ſtatus ipſos unitos, Facultates Friderici V. cum matre & liberis in manu hos, illos omni ratione Friderici V, copiam pro re nata ad

 corun-

eorundem oblationem babuiſſe.

Deinde ratione tranſlationis, nullam neceſſitatem nec uſum fuiſſe, *præter ſupra dicta, ipſa rei veritate*: per biennium hactenus collegium Electorum nullum extitiſſe: Et, quod ubique notandum, Electores ſeculareis has cautelas ad allegationem Ratisbonæ factam non advertiſſe, minus admiſiſſe.

Oblatio Frid. V. Et cum hæc & ſimilia Oblationibus Friderici V. mediatis & immediatis à Palatinis declinentur: de barum qualitate tandem videndum: ubi prius motam quæſtionem, *An ſit*, expediverimus. Conſiſtit ergo in facto & Iure: 1. An factæ ſint, &, *ut litura loqatur fol.* 111. an ſignificata Cæſari? 2. Num Friderici V. & huius ducum facta ſint in contrarium continuatione belli & recuſatione ſubmiſſionis Friderici V?

Prius manifeſto probatur, Brittanicis, Danicis, regiis, Saxonicis Electoralibus, non contradictis, maxime tribus dictis oblationibus, *ſupra d.* & literis Cæſareis. *Specul. Num.* 20.

Continuatio belli Mansfeldici in Palatinatu ſuperiori, qua ſpes ſublata induciarum & Vlmenſis conventio antiquata ſit; In inferiori Palatinatu continuatione belli per Ducem Veerium & eiusdem in Epiſcopatu Spitenſi pro militibus modo militari & hoſtili, allegatur, hoſpitio ſumto, ruptas inducias. Friderici V. ſubmiſſionis in caſtris facta recuſatio, hæc excuſatur ſtrepitu armorum & inter arma: non allegatur à quo & per quem petita ſubmiſſio vel pactio induciarum, & ſic in genere qualis illa fuerit. ſuperiora nunquam revocavit Fridericus V, minus Britanica; mutatio a. non præſumitur. *l. aſſeveratio. C. de non numerata pec. & l.* 23. *ff. de ll.* & veritas in contrarium apparet in actis. In ſuperiorem Palatinatum Bavarus expeditionem

ditionem ſuſcepit. *litura fol.* 40. induciæ nunquam fuere. In inferiori Palatinatu induciarum cum Vnitis initio factarum prorogatio aliquot dierum intervallo Duci Veerio à Don Cordua nomine mandati Bruxellenſis ante hoſpitium Spirenſe denegata. *Notorio provinciæ compertum.* Quod ſi itaque hic violentia eſt, induciæ non ruptæ in ſuperiori non exiſtentes Palatinatu; in inferiori recuſatæ: ſin nulla, tunc per ſe eſt. Præterea qua ratione actio- 1621.
nes hæ pactionem Vlmenſem & induciarum ſpem ſuſtulere, dum anno præcedenti Ligæ exercitus Cæſari ſuppetias tulit, altero anno demum & Cæſaris & Ligæ nomine 1620.
ſigna illata? *Confeſſione lituræ. fol.* 120. ubique enim privatio præſupponit habitum. Et *ſupra in ſuſpicione*, hinc probatur aggreſſio Ligæ. *d. loco lituræ. Inform. Cancell. Not.* 21. 23. *&* 29. & ubique Viennæ & Bruxellis inducias aut recuſatas aut effectu eluſas continuo. Locus ergo præſumtioni ſecundum quoſdam ICtos non erit, ex nova præſumta cauſa: cum, ut patet, veritas ſit in contrarium hic adacta & iura. Oblatio ergo facta, nec interrupta à Friderico V. dici poterit; eo minus, quod allegata recuſatio in procinctu militiæ & calore pugnæ Friderici V (ſiquidem interpellatio nomine Bavari facta ob eiuſdem veſtigia Vlmenſis eluſionis de Palatinatu obtentu Commiſſionis poſt Cæſareæ) ſat cauſæ & documenti babuerit: ne gty quidem alias de difficultate Friderici V. ad pacem acta habent.

Qualis iam fuerit oblatio? ſuperius tres productæ, nec contradictæ. 1. Iuris & æqui ubique & perpetuo; quæ *per ll. Imperij, Conſtitutionem, ordinationem Cameræ & Capitulationem Caſ. art.* 25. *& ſup. d. loc.* ſufficiens videtur. Fecit ergo Fridericus V. quod facere debuit. *Arg. l.* 121. *ff. de R. I.* 2. Deinde plus & amplius fecit, imo quicquid poteſtatis ſuæ

ſuæ fuit, ratione honeſtatis & conſcientiæ, dicta oblatione ſua altera in arbitrium Regum collata. *Arg. l. Nepos* 125. *ff de V. S. & C. fin. de Reſcript. in 6.* 3. Tandem quod per naturam potuit, publicam tranquillitatem privato ſuo præferens, oblatione nimirum renuntiationis particularis Regni Bohemię. Nec fuit in Friderici V. manu ulterius offerendo progredi: reſpectu Bohemiæ plura non potuit, per ſe, Electoratus Palatinat. ratione, ob honeſtatem non tantum, ſed iura domus Palat. & reliquorum agnatorum: Impoſſibilium nulla obligatio. *l. 31. ff. de R. I. & l. 185. & 188. ff. eodem.*

An contraria actibus proteſtatio. Occurrit fere ſuperior quæſtio, Numquid oblationes hæ ſint proteſtationis inſtar actui contrariæ in reſpectu Cæſaris? *Iuſt. Imp. fol.* 49. ſupra in iuriſdictione exemplo clerici reſponſum inſtantia fuit; ſicuti ad diſtinctionem ibidem poſitam paſſim res recidit: ex Iure amplius dari poteſt exemplum vaſſalli. *Arg. tit. 22. § ſi vero. 2. feud. & l. 2. ff. de in ius voc.* obſervantia Cameræ & in actione quidem famoſa extat, *Gailio, de pignorat. obſ* 15. *N. 4. & ſeqq.* & quod defenſionis neceſſitas doli præſumtionem excludat. *dd. ad l. 1. C. Ad l. Cornel. de ſicariis. l. vt vim ff. de Iuſtit. & Iure.*

Oblatio hinc iure & facto liquida, ut item de induciis vel pace procuranda vel ſaltem mutuæ depoſitionis armorum, Friderici V. propenſus animus, ex ſupra dictis & mox interventionibus aliorum magis clareſcet. Quod ergo effectus non ſecutus, culpa Friderico V. imputari nequit, mora nulla ab ipſo facta. *Arg. l. 39. 55. 151. 155. 161. ff. de R. I.*

Num Fridericus V. ſupplex abiectis armis fieri debuit? Non obſcure hic ex actis oboritur obiectio: Numquid Fridericus V. primus depoſitis armis ſe ſubmittere Ferdinando II. & gratiam expectare debuerit? Reſponſio eſſet, id dependere à principali, & quæſtione, *uter ſit in defenſione?*

ſione? quod hactenus à Friderici V. partibus, ut videre eſt, ſtetit, & inferius magis eluceſcet. Et, iniqua conditio nemini inferenda. *l 74. ff de R I.* iniqua autem fuiſſet ob defenſionem Friderici V. omni iure, *ll. Imperij, Conſtit. ordināt Cam. d locis, & ipſa capitulat. Cæſarea, art 26.* cuique conceſſam; Vlterius, quod aliter ſalvum ſe eſſe non poſſe, undique, & ex interceptis literis animadverteret; ex propoſito item Ferdinandino Electoratus Palat. in Bavarum transferendi; pactionibus Anglicis; aut bello univerſali; (quod univerſam Germaniam concutiet: *extāt verba ſpecul. Num. 22.*) ob minas maxime de ſuccidenda radice Palatina & tollendo Friderico V. ut amplius nocere non poſſit, *literis Cæſareis. lit fol* 100.102. præter terrorem armotum iam inde à Maximiliani Archiducis conſilio Mathiæ Imp. fratri dato, *ſpecul N. 2 & in comitiis* 1613 *f.* 35 per Imperium & Friderico V. noto. *Inform. Canc. p 2. fol.* 163. 164. Vnde merito Friderico V. advigilandum fuit, nec abiectis armis ſpes (iam tot documentis ſibi præcluſæ) gratiæ, pretio ſive iactura Electoratus, bonorum, exiſtimationis & ſalutis ſuæ domus, inaudito exēplo cauſæ privatæ, ac tanti emenda, vel fruſtra ſperanda *per ſupra dicta. & Iure & actis.* Et in hoc nihil inſoliti fecit à prudentia militari: exemplo Iulij Cæſaris & aliorum. *arg à ſalutis in iure. & ſuperius dicta.* penes Imperatorem igitur fuit mutua armorum ceſſatio, non Fridericum V. ſed Auſtriacos. ergo ipſorum culpa non facta. *Arg. l. qui poteſt* 174. Mora itaque cuique ſua nocet. *l.* 173 *de R. I.*

Defenſio licita iure Imperij.

Ad oblationes illas mediatas ſive interventiones in ſpecie quod attinet, in facto amplius non contradicuntur; conventu Ratisbonenſi ab Eccleſiaſticis diſſimulantur, à ſecularibus urgentur Electoribus; & Regiæ Britannicæ, ut dictum, clare proſtant. Deinde præſumtioni nullus lo-

cus, ob evidentiam hactenus rei in comitijs Anglicanis vernis præteritis & ſubſequentibus actionibus per mundum divulgatis: quæ forte ulteriori declarationi publicæ relinquendæ, dum dicta ipſo notorio conſtant. Atque in effectu hæc cuncta & ſingula: Friderico in Imperium & priſtinam dignitatem hac via reducendo, aliorum, gratiam Ferdinandi II. hac eadem de cauſa amiſſam oblatam iterum vel acceptantium, complurium recuſantium, nonnullorum facili negotio impettantium, documentis, maiori incommodo & impedimento quam commodo aut adiumento fuiſſe; id quod ante oculos omnium in Imperio maxime verſatur: ut ita innocentia Friderici V., in detrimēto Reipublicæ ex hiſce technis diuturnitate temporis & tergiverſationibus illato, damnoq: privatorum ſuborto & ſuborituro; ex altera interim parte culpa & iniuria, manifeſtior evadat; ſicuti ex reliquis ulterius apparebit.

Damnacui imputada.

Clauſula Banni.

Reſtant clauſulæ ulteriores Banni, Iuſtitiæ, pacis, plenitudinis poteſtatis, ſalutis Imperij, quæ in genete ex roto hocce contextu æſtimanda; ob Iuſtitiæ ordinem præſcriptum ſupra dictum non obſervatum, tanquam medium pacis & tranquillitatis Reipublicæ, expreſſe *Capitulat. Cæſareæ d. art.* 25. conſtitutum, forma autem legis non obſervata actus corruat, *per allegat.* 1. *obſ.* 1. *N.* 36. *& paſſim.* & quidem tempore actus, *ibidem*. ut hic in conventu Electorum, *initio capit. art.* 39. & modo, ſive ordine iuris, *ut dictum d. art.* 25. quo Iuſtitia adminiſtretur. *per ſupra dicta ad iuriſdictionem.* Iuſtitiæ ergo & pacis contraria media hic, contrarij effectus, oculis omnium ſubjiciuntur; dum bellum graſſatur, & incommoda ejus, longe lateque hactenus per Imperium; & quorus quiſque circulis hujus mali immunis exiſtit? Prædictione nimitum Electorum ſecular. Electoralibus Saxonicis literis reſcriptis, multis rationibus evidentibus

bus & infallibilibus argumentis;& ipſius Imp. Ferdinandi II. ſupra allegato judicio de bello univerſali paſſim literis Cæſareis: imo maioris Germaniæ ſeu Imperij partis & Regum vicinorum, ut mox amplius ſequetur. Et quale judicium de proſcriptione, tanquam cauſa inſtrumentali ſeu medio ſaltem vel impulſiva, (ſicuti in reliquis privatis Auſtriacis, ut ſecuritatis, &c. *litura fol.57.58.* ſive impulſiva ſive media ſive finis principalis vel minus principalis ſint, res eodem redit,) tales effectus tranſlationis Electoratus Ratisbonenſis: quia promiſſio ſive diploma præceſſit auxilia Cæſari lata. huc merces, *litura fol.26. Iam olim. in verb. lit. Caſ. & §. final. Inſt. de mandato.* vel contractus præſcriptis verbis, *do ut facias, l.5. ff. hoc tit.* & reliqua ſubſequẽtia Imp. & Palat. ut Friderici V, talia incommoda & præjudicia. Plenitudo poteſtatis nihil ad inſtitutum. *per ſupra dicta. & Capitulat. art.35.38.* & ſic cauſa finita legibus, conſtitutionibus, capitulatione, non poſſit producere effectum infinitum. *dd. l. ſi arrogator. ff. de adopt.* Salus Imperij ex toto contextu iure Imperij cum effectu Electorali voto ſecularium præmonitorio ponderanda. Partes in contradictione ſubſiſtunt: Bavari univerſæ Germaniæ profuturã tranſlationem prædicant; Palatini effectũ cum ſuperioribus repetunt. In ſumma, diviſum Imperium videtur; ſed maiorem partem proſcriptionem, ut dictum, improbate. reformatos ſive Calviniſtas, lituræ, *f.38.* id concedentis. de Vnitis expreſſe ſupra probatis Electoribus ſecularibus, per votis Ratisbonenſia & tacito reliquorũ ſtatuum. *d. N.9. infor. Cancell. votis R.* vicinię opinio oculis ſubiicitur æque. Diviſio non eſt è ſalute Reipublicæ: Nam in tranquillitate requieſcit regularitas Imperij. *tit.1. Extravag.* & expreſſe, ne diſcordiis turbetur pax. *Capit. art.25. ipſa Ferdinandi II. dicta belli univerſalis confeſſione*, quibus motibus ſane tranquilli- Diſcordia.

 tas

tas Reipublicæ turbetur, *d. art. 25. Capitulat. &c, Ferd II. conclusione hic in ipſo Bãno*, finis pacis & iuſtitiæ, dum interea ne hoc quidẽ momento, legum & confeſſionis remedia adhibentur propriæ; à natura contrariorum ſive diſſimilium & horum effectorum, eventuque præſenti: ubi eluſis & fruſtratis oblationibus & concordiæ tractatibus bellum undique circumſonat prædictum ſano præſagio Electorum ſecularium: Francofurtenſi, de Bohemia, Ratisbonenſi, de Palatini Electoris contra ius oppreſſione & exilio. *ſupra de fine.* In Magna Brittannia huius iniuriæ & defenſionis ſive auxilij nomine iam pridem tympanum ſtrepere cum evocatione militis; in Gallia & alibi tuba militari, communi fama fertur. & compluribus in locis apparatus bellicos fieri. cuius culpa hactenus & modò, dum iuri & æquitati & ulteriori oblationi in Imperio amplius nullus locus, ex dictis diiudicare non difficile. & ſic de damnis amplius privatis & detrimento publico. Conſequentia tandem allegatorum præiudiciorum, ipſius Imperij & ſalutis communis ante pedes eſt. Gravamina Imperij in ſacris & profanis hac via non ſublevari ſed coacervari, domuum Elect. ſec. maxime ſucceſſionis & prærogativæ dignitatis, dum Eccleſiaſtici tali gravamine immunes ſucceſſionis, ob beneficia perſonalia, & pœnæ banni, quia in regalibus ipſi ſaltẽ privarentur, non corpus collegij, *2. feud. tit. 40. in fin. Nec individui. Gail. lib. 1. de pac. c. 1. N. 12. & ſeqq. Conſtit. 48.* explorati iuris eſt: calamitas belli, univerſi Imperij, & per omnes Imperij circulos in ſenſus internos & externos incurrit.

Præmonitio Elect. de intercesſionibus.

Reſervatio Ratisb.

Hiſce Reipub. malis & excidij periculis, Reſervatio Iuris proximorum Ratisb. remederi non poterit. quia nullius momenti, per ſe. & contra Imperij iura, ut ſupra dictũ, Friderico V. & proximioribus, imo omnibus dictis Rodolphi I. Electoris Palat. deſcendentibus, oppoſitione, contradictio-

dictione Elect. ſec. ut dictum, & agnatorũ proteſtatione ſolenni, non obſtantibus triginta circiter principibus, jus non controverſum ſine ulla juris cognitione & ordine ob cauſam privatam Ferdinandi II ab eodem auferri; Bavaro ex pacto mercedis auxilij conferri; & ſpoliatos Palatinæ Electoralis domus primogenitæ ad jus nullum remitti, proviſione legis, ut videre fuit, publicæ, Bullæ Aureæ, tot ſeculorum poſſeſſionis indubitatæ, ſimultaneç inveſtituræ, & juris, & proprij, fretos, munitos. *per ſuperiora.*

Proteſtatio ſive reſervatio collegij Electoralis merito contraria actui & petitio principij, ſententia & proteſtatione ſimul iterata Electoris Saxoniæ, dictis literis pronuntiatur. *Votis Ratisbonenſibus fol.* 290. *Reſervatio prærogativa Elect. nulla.*

Nec conſenſus Electorum poterit de novo tot defectus supplere: Cùm durantibus facti & juris ſupra explanatis rationibus, quin facti ipſo rerum eventu de contrariis tranquillitati Imperii *per ſupra dicta* juris ratione proceſſus Iuſtitiæ cauſæ & ipſa lege Imperij ſacroſancta Bullæ Aureæ prohibitiva, *c.* 20. de ſeparatione Electoratus dignitatis à cujuſque territorio, hic Palatinatus ditione, comprobatis, durante vero cauſa, duret effectus: *l.* 2. *omnes. ff. de judic.* Tum deinde, quia Electores, ut dictum, ex ſententia Auſtriacorum, *Iuſt. Imp fol* 28. id, nempe mutate jura Imperij, non poſſint. *per ſupradicto*: Nec item conventus ſtatuum validitatis prætextum afferre: cum jus quæſitum nemini auferendum. *l.* 11. *ff de R. I. & ſupra.* Per leges non licet præſentes, ut dictum, ſine cognitione cauſæ, quæ nullibi hactenus apparet. quod ſi hic adhibenda demum: prior proceſſus nullus. Per futuras forte ſanctiones non licet, quia lex & ſtatutum de futuris caſibus fertur *l. leges & conſtit. Cod. de Ll. cap. fin. extr. de conſtit. & ſic ordinatio Com. Conſtitutiones pacis p. ſupra allegatæ.* Nec publicæ quidem u-

 tilitatis

tilitatis prætextu, ob ſupra dicta, & veritatem eventu manifeſtam, diem mitigaturum, Imperio fragile & incertum præſidium foret, contra leges & jus Imperii ſimul, quod ab initio vitioſum ſit, tractatu temporis convaleſcere, *l. 29. ff. de R. I.* Eventu contingens eſt; ſic non ponitur in eſſe. *l. 10. neque natales. C. de probat.* Imo ſupra dicta ab Electoribus prædicta, cum experientia hujus & complurium elam inventorum, contrarium docent, & potius, non eſſe; ut in Guelphis & Gibellinis, ſimultate Bavarica. *teſtimonio Auſtriaco. Leodius.* Et quare ſalus Reipublicæ ob privatum Ferdinandi II & Bavari committeretur caſui & tempori incerto quod confidentius præſenti præſidio Iuſtitiæ & pacis & hiſce mediis legitimis & cautis poſſimus & ſic periculum Reipublicæ antevertere & teſtabilire?

Vnde tandem finaliter ſenſui communi omnium & oculis ſubjectum, Effectum executionis aut tranſlationis, cum antecedentibus & ſubſequentibus actionibus, ex jure neutiquam eſſe, nec ex utilitate, ſed pernicie Imperii & Reipublicæ Chriſtianæ:

Et pro concluſione hujus tertii membri judicij: formam proceſſus, in theſi obſcuram, ſin, ut videre eſt, controverſam, in hypotheſi utrovis modo illegitimam & nullam obſervatam, & per conſequens nullam.

Finem operi imponat brevis recapitulatio ex ſuperioribus cuncti judicii proceſſus; cum deciſionis concluſione juri Imperijconformi. præmiſſa prius ad majorem inſtituti totius perſpicuitatem qualitate ubique in actis occurrentis belli, ex alterutra parte defenſivi vel offenſivi.

Qualitas belli.

Primas habeat eum tempore Bohemicum. (quatenus neceſſitas pro caſu præſenti, ut in reliquis ubique Bohemicis hic inſertis actionibus.) Vniverſaliter de jure quæſtio conſiſtere videtur in fundamento neceſſariæ defen-

ſionis

ſionis ſive moderamine inculpatæ tutelæ: quod aliàs *teſte Gail.de pac pub.lib.1.d.c.16.N.17*.tribus hiſce vertitur. 1 cauſa, 2.modo, 3.tempore. Cauſa, nimirum publica, pro conſervatione libertatis Regni & Religionis legumque fundamentalium defenſione juſta: Modus; an adhibitus ex legibus Regni & jure ſit legitimus? &c. Tempus; an præſens periculum hic & neceſſitas terror armorum? item ex collatione temporis ſupra poſiti, Vnde omnia & ſingula, & an utrobique exceſſus ſit nec ne? æſtimanda relinquuntur. Hic pro caſu noſtro ſufficit, ex principali cauſa & juris via decidendum eſſe. Belli Palatinatus qualitas, quæ ab Auſtriacis defenſionis & diverſionis allegatur, eadem plane ratione, ex cauſa, & ſic toto hoc contextu; partis 1, ratione poſſeſſionis Bohemicæ; 2. cauſæ privatæ, partis 2; aut conſequenter publicæ, partis 3, qua crimen nec vere nec præſumtive probari dictum; examinanda. Modus, ex legibus Imperii jure petendus. Bellum offenſivum ſive aggreſſionis Imperatori interminatum intra & extra Imperium, & ſimul introductio militis externi abſq; conſenſu ſtatuum ad minimum ſex Electorum. Defenſivum (utrumq; nomine Imperii) eidem conceſſum, & ſimul quodvis auxilium. *Capitulat.art.9.junctis 25.de ſublato omni prætextu, & art.3.de Electoribus expreſſe & quibuſvis ſtatibus &c.defendend.& ubique.ut item art.13.* via juris. & *ſup.ac art.* 38. expreſſius, pacis publicæ conſervatione & ejuſdem obligatione Imperatoris pro ſua perſona; ſublatis limitationibus plenitudinis poteſtatis & motus proprii &c. quibus clare ſancitur, jus non detrectantem, nullo prætextu aut nomine, ne quidem Imperatoris, invadendum; tanquam Archidux ſive ſtatus per ſe, nec in defenſione nec offenſione plus juris reliquis ſtatibus conſequitur, ob has & ſupra dictas diſtinctiones & rationes. In hypotheſi jam

modus

modus ex ſupra allegata neceſſitate à parte Ferdinandi II & Friderici Quinti oblationibus juris probandus, qui ne
Alea belli communis quidem ob dicta Imperatori in cauſa publica adhibitus, excuſandus ſive legitimandus foret. Tempus ratione perſonæ (extra periculum belli forte, quod in omni bello verſatur) vel rerum ſive bonorum nec privatorum nec utrobique (minus ratione Imperij) ullum deduci vere poterit; cum nulla vis prima à Friderico V illata aut invaſio Regni aut aliarum ditionum per ſuperiora ex parte Ferd. II probata ſit: & jure oblationibus Frid. V res determi-
Præventio belli. nari potuerit & debuerit. Nec forte præventionis ratione excuſandum erit bellum, ob eaſdem rationes Neceſſitatis non probatæ, oblationis legitimæ Friderici V manifeſtæ. Deinde non opus erat præventione in Palatinatu ſive Imperio, ob tractatum Vlmenſem ſupra dictum; quem ſecuritatis publicæ cauſa, cum incluſione Palatinatus, ut dictum, Vniti cum Liga condentes ſancte obſervarunt, Friderici V fortunas in poteſtate ſua, ut dictum, habentes. Nulla ergo hactenus neceſſitas, ne quidem belli apparet, nec proſcriptionis, nec conſequenter tranſlationis; ſed jure diſceptandum fuit, ut dictum, Imperij. Conſequenter ergo nec modus defenſionis nec diverſionis ulla ratione in Imperium, minus ratione militis externi, qui in Palatinatu ſive Imperio quoque ante adventum Anglorum & Belgarum, pro parte Vnionis, dudum fuiſſe, literis Moguntinis Elect. probatur, *apud Specul. N. 13. extat.* nec conſenſus ſex Electorum vel ſaltem Brandeburgici (ſi Friderici V pars eſt) conſtat, & fruſtra pro majori parte Electorum præſumitur à Iuſtit. Imp. *fol. 44. 67.* lex plura requirit ad minimum. *d. art. 9.* Minus intuitu territorij fratris Friderici V Ludovici Ph. principis, *à juſtit. imp. fol. 44.* invaſionis, defendi poterit, minorennis & inſontis, ut dictum;

ſtum; & eo tempore nec præſidium Vnionis in oecupatis locis ab Hiſpanis, nec militem quidem ſtipendiarium tunc & ante Bannum Friderici V fuiſſe, (ſicuti in reliquis Electoratus locis,) Notorium provinc iæ ſit.

Hinc neceſſario ſequitur, bellum Palatinatus nullo jure, nec defenſionis nec diverſionis ſeu avetſionis quovis indigitetur, juſtificandum, ſed offenſivum & contra jura Imperii fuiſſe; eo magis, quod poſita diverſione, quæ non eſt, ratione Friderici V excuſanda; reſpectu ſane principis fratris ejus, nullo jure coloranda diverſio, ob detentationem ejuſdem bonorum continuam Hiſpanicam ſive Auſtriacam & præcluſionem ejuſdem à ditione & alimentis contra ſpem Ratisbonæ factam, durantem hactenus per biennium. *ut ſupra.*

Exinde, & natura contratii, Friderici Quinti militia in Bohemia defenſiva, ratione poſſeſſionis juſtæ, in Palatinatu omnino æque neceſſaria deducitur, ubi obique oblationes juris & æqui rejiciuntur ab Auſtriacis. Majoris rei lucis ſtudio ex dictis requiſitis tribus examinate, non abs re viſum.

Cauſa Bohemica pendet ex ſupra dictis; Belli Palatinatus, ex defenſione neceſſaria. Et cum confeſſio partis hic quidem per modum allegatæ diverſionis conſtet, res de invaſione & aggreſſoribus expedita eſt, & conſequenter de malis belli, hac militia in Imperium derivatis. Et licet apparatus bellici Ligæ & Vnionis primi, utrinque in contradictione verſentur, *Litura proœmio. & paſſim in actis Animadverſ. in Litur. in princ. fol. 8. & ſupra:* interim tamen ex ipſa tractatione Vlmenſi Ligæ & Vnionis, *Specul. Numer. 19. extante*, videre eſt, ob motus Viciniæ utrinque apparatum factum. Hinc mutua diffidentia ſuborta de motibus in Imperio præcavendis, hoc

pacto Fidei mutuæ & tranquillitatis Imperij cautelam & teſſeram conſtitutam; Ligam contraveniſſe; ſuperius in confeſſo fuit. & primo belli anno 1620, ex ſuperfluo extant lit. Moguntinæ, *Specul. Num.* 11. 12. 13. de Wirtz-burgenſibus ſubſidiariis copijs. *lit. Caſ. N.* 10. *in fin.* Nullum ergo ex ipſa confeſſione opis & conſilij amplius eſt dubium. quæſtio ſaltem in eo erit, an obtentu Cæſarei mandati, commiſſionis, auxilij, fœderis, &c. aggreſſio prima per ſe pro jure Imperij licita, vel ſecus? deinde, an fidei Vlmenſi ſatisfactum, nec ne? ſiquidem poſterius ex fine, ut dictum, qui monſtrat qualis res cenſenda, dijudicandum uti eſt. pactum violatum erit. Prior quæſtio à principali ſupra privatæ cauſæ cum appendice & jure dicto Imperij dependet; ut ex actis clarum, actiones non legitimæ. Et parum ad rem imo nihil eſt pro Banno, quod cauſas remotiſſimas Liga alicujus terroris armorum undique collectas. Religionis, Iuriſdictionis Cæſareæ controverſiæ, & ſimilia, ex gravaminum Imperij catalogo depromptas, adducere velit, adducuntur ex altera parte proteſtantium majores, & hæc ipſa gravamina: 1. terror armorum ex comitiis, 2. conſilio Maximiliani Archiducis dicto, 3. inſtigationes memorialiū quæ appellant Eccleſiaſticorum, Claſſica belli ſacri, &c. & tandem Ligæ apparatus & violentiæ in Imperio primæ, ſepoſita cauſa Bohemica; quæ nullo jure plus ſpectavit ad Eccleſiaſticos tempore Ferdinandi II & Friderici V quam ante tempore Mathiæ Imperatoris; nec ipſum Bavarum, publici reſpectu; ipſe privato neceſſitudinis & affinitatis publice excuſandum curat. *Litura fol.* 27 *&* 28. Paucis, liceat Vnioni idem quod Ligæ, quæ Cæſare ſocio non plus privilegij habebit, dum Cæſar fœdere in Imperio & foris feriendo abſq; conſenſu ſex Electorum (non Eccleſiaſticorum tantum) interdicitur.

tur. *Capitulat. art. 6.* Hic majoris partis non apparet ne quidem propoſitum, Secularibus interim probata, ut dictum, Vnione. Altera Reſponſio ſit: gravamina in ſacris & profanis Banno Friderici V. & proceſſu ſine cognitione, quem adducunt Auſtriaci, expediri non poſſe: ut neque reliquas cauſas privatas: Bavaricam affectationem Electoratus illiquidam; Moguntini prætenſionem Bergſtratenſem præterito ſeculo oblitetatam; & quicquid hujus generis. Via regia juris pateat cuique legitima, & ſine reſpectu privati, conſulatur tranquillitati & ſaluti reipublicæ: hæc eſt optima & tutiſſima ratio ſtatus & juris publici.

Modus facile ex dictis neceſſariæ defenſionis legitimatur a Friderico V vel ſi prævenifſet armis Eccleſiaſticos poſt auxilia & operas mutuas Bohemicas ante & poſt Vlmenſem pactionem traditas. & ſiquidem exceſſus effectu foret, pœna ordinaria fractæ pacis non haberet locum. *per allegat. Gail. dicto c. 16. Num. 19. 20. 21. Is qui. Cod. ad L. Corn. de Sicar.* Nihil ergo eſt in facto, ratione proportionis nullius inter vaſtationes & Friderici V damna Auſtriæ, terris Cæſaris & Ligæ illata, & inter accepta à Friderico V in ſuis ab iiſdem; quia ratione Auſtriæ invaſio negatur, ut dictum. & nunquid bellum & mala biennium continuarunt ante ingreſſum Frid. V in Bohemiam? imo non ingreſſuto damna nulla extitiſſent aut bella ideo? veritas contradicit. Ligiſtarum damna jam minutiora ſunt, & provocata ab ipſis ratione juris, & ex illa occaſione æſtimanda; & nullo prætextu reſtitutionem Frid. V Ratisbonæ votis eccleſiaſticis impediſſe debebant. *paſſim in votis Eccleſiaſticis Ratisb.*

Tempus neceſſarium ſat apparet ex periculo vitæ Frid. V, & omnium fortunarum, dignitatum, bonorum, exuti jam bona patrimonij parte & dignitatis, cum minis extir-

Ex initio de bellum æſtimandum, non ex poſt facto. l. 13. & 51. ff. de R. I.

pationis radicis, juris & gratiæ præcluſionis, & comminationis necis. *per. ſ. d. paſſim & in abl. &c.* Et in ſumma ex uno belli principio hęc lis decidenda, & juſtitia cauſę principalis. *ut ſ. in facto.* In Bohemia itaq; ex apparatu primo bellico ſive terrore armorum & modo jure Regni licito vel illicitoiit, ſi particularium alicubi exceſſus foret, univerſitati ſin hujus ſimul, inſontibus ſit parcendum. *c. Romana. in fin. de ſentent. excommunic. in 6 dd. tit. 1. l. de ſedit.* Ratione caſus Friderici V, de quo hic quæſtio, principium in Bohemia ab ipſius parte eſt apprehenſio Regni vacantis poſſeſſionis Bohemici. *de quaſ. p. 1. & 3.* In facto quæret quis, quale ergo factum ſit licitum nec ne? & num quid callidi conſilij redoleat? Prius *ſupra p. 1.* declaratum. Pro poſteriori, & uno

Cautela poſſeſſionis vacuæ legitima.

verbo, dicendum eſt, cuivis plebeio in Imperio per jura licere vacuam poſſeſſionem apprehendere rei etiam dubiæ vel controvertendæ, & ſic cautelam emolumenti poſſeſſionis legitimam eſſe. cujus virtute poſſidens interpellatus eo nomine juri ſe offerre & defendere poteſt omni jure & quovis auxilio. *per. ſ. d.* In imperio, ut abunde dictum, præter defenſionem neceſſariam & coactam Frid. V, ab adverſariis ejus nihil probatur; & prima aggreſſio contra liquida.

Neceſſario ergo ſequitur, ſiquidem in Bohemia jus imperij pacis publicæ vigere debeat, & in imperio liquidum & Palatinatu ſane eſt, utrobiq; in Frid. V bonis, dignitatibus, perſona, publicam pacem violatam, & quia reconventio in fracta pace locum non habet. *Gail lib. 1. de pac. c. 12. N. 4. & ſeq. & 14.* ſaltem per modum exceptionis Auſtriacę Bavarico-Ligiſticæ, accuſationem Friderici V. non eliſam, ſed aggreſſores convictos. *ex dictis.*

Reformati ſunt in pace publica & Religionis.

Et ne cui ſcrupulus injiciatur juris Imperij inſcio, quod paſſim in actis clamitetur, Calviniſtas peregrinorum more in Imperio cum reliquis habitare, & ita expelli poſſe; ac-

ſi pax

ſi pax publica, & quidem Religionis, ipſis præcluſa foret: ſufficit Reſponſio ſupra dicta, ad cauſam noſtram hanc quæſtionem ſtatus neutiquam pertinere, concernentem omnis ordinis, Electorum, principum, comitum, Nobilium, Vrbium Imperij ſtatus, à tempore pacis Religionis jus in omnibus actibus Imperij publicis habentium, comitiis & aliis diætis circulorum & deputationis, &c. Electoralibus, imo ipſius Electionis Imperialis quieta poſſeſſione, uſque ad actum ipſius Ferdinandi II. Electionis, quæ aliter non legitima exiſteret ob inhabitantem Electorum Palatini & Brãdeburgici (non hoc inviſo nomine appello, ſed quocunque Evangelicorum ipſi velint appellari titulo) rite & ſine contradictione continuantium. Hujus non loci nec Ligæ quoque iudicij erit. Fruſtra confeſſio ipſorum in actis attingitur æque, niſi forte ad cavillationes. *Religionum.*

In allatis interim duobus punctis principalibus, 1. Providentiæ divinæ, inter opinionem Ferdinandi II, *tanquam primæ cauſæ rerum humanarum, Prod. N. 6. 7.* & authoris animadverſ. in Lit. *fol. 13. 14.* aut diſcrimen non repetio, aut non aſſequor. Litura eiuſdem videbatur *fol. 72. 73.* mentis, ſed facto ſuo obſcuravit aut fœdavit prius. *fol. 4. ſubſequentia.* 2. Verbis ſive intellectu Cœnæ Domini, in Verbis Christi, ſit inter Euangelios diverſus. Licet forte Reformati Vbiquitatem ſimplicem corporis Chriſti non credant; nec Catholici Romani credunt, & inter confeſſioniſtas diſtinctio temporis videtur Cœnæ, & perpetui alias. Quod ergo invicem intellectu ſpirituali differant, non hæreſis erit, nec occaſio excluſionis à pace Religionis vel cauſa quam hic nude conſideramus, cum ipſi Romani Catholici in Cœnæ uſu diſcrepent, quibuſdam ſub una, quibuſdam ſub utraque ſpecie communicantibus. Relinquantur itaq; hæc (præter ſuperiora obiter ex actis & cate-

theſi Heidelbergenſi caſtrata Bavaro duci tanquam reformatori Religionis dicata deſumta) ſuo loco & deciſioni Theologorum.

Bona Ecclesiastica. Plus parergως ſugillantur in actis bona Eccleſiaſtica ab Euangelicis detenta. Friderici V. hic caſus id expedire non poterit, & quicquid hujus generis undique conſarcinatur. Fridericum ipſum aliquot Moneſteria & Abbatias in ſuis ditionibus tenere ad pias cauſas ſive uſus, vigore Conſtitutionis 1555. & exemplo; uti reliquo Imperij & Viciniæ clericatui in omnibus proventibus, decimis, in eiuſdem territorio natis, nihil decedere, ex actis & notorio hactenus conſtabat: ut nec ordini Equeſtri Melitenſi & Teutonico Catholicis Romanis hanc utilitatem ex Palatinatu exclusis Euangelicis ſibi ſolis vindicantibus quidquam imminutum. Sed quæſtio manet, inquiunt, de occupatis poſt tranſactionem Paſſavienſem & dictam

Æqualitas tunc aliquo modo. conſtit. 55. Si cauſas omnes examinamus, impulſivas & principales, cum omnibus circumſtantiis, eaſdem hodie reperimus quas tunc, & non ita aperte de aliqua iniutia aliis ſtatibus facta apparebit, dum tempore ſucceſſivo ſubditi & incolæ, Euangelicorum ad illorum confeſſionem ſe applicantes, & locis illis, religioſis exiſtentibus defunctis, ad patem uſum Religionis & legibus conceſſum pium convertantur, nec advenis & alienigenis erogentur, cum fundatio

Ratio æquitatis & æqualitatis. prima cultui cujuſque ditionis proprio id potius deſtinarit, & aliter indigenis victus nullus ſuppeteret, non immerito inde loca & proventus in ſuis retinent, dum reliquis extra ditiones inſuper multi proventus & decimæ, ut dictum, è Palatinatu ſubminiſtrantur abſque diminutione conſtit. 55 quoque prohibita. Et ſi quid ſuperflui ex piis uſibus (Evangelici) & reſidui coacervent: non mirum erit; cum idem Bavariæ Dux in ſuo territorio clericis exiſtentibus

ſtentibus tanquam patronus ſive caſtenvogt faciat, quo Reliqui non deterioris conditionis videri & eſſe volunt.

Notorio Imperij.

Opinione longius progreſſus, ob tot obiectationes in actis abundantes hoc nomine; ſed quia huc nil faciunt, majoris rei lucis gratia acu ſaltem hic attingere & cauſæ ſubſtantiam communis ob oculos hiſce ponere volui. Vnde amplius manet, legem pacis publicæ in Imperio eſſe univerſalem, in quam juravit præſens Imp. Ferdinandus II, non tantum reformatis non excluſis, ſed ipſis, vel ipſorum nomine, Electoribus reformatis præſentibus, &c. *Cauſa communis.*

Finaliter ergo ex toto hoc judicio & ejuſdem proceſſu liquido conſequitur, proſcriptionem Frid. V. ſeu Bannum;

Definitione, cum non ſit via juris.

Diviſione, quia ex inordinatis nihil ordinabiliter ſequitur: qualc principium, &c.

Cauſis: Efficientis principalis, hic Cæſaris Ferdinandi Secundi, cauſas ſocias habentis Eccleſiaſticos & cunctam Germaniæ Ligam, cum Hiſpania horumque Ducibus militiæ; Hiſpanicæ primo Marchione Spinola Ligure, & Ligæ Tillio ſtipendiario Bavaro Wallone; concurrentibus Nuncio papali Hyacintho & reliquis ſupra de Iuriſdictione & paſſim dictis: ratione judicij, cognitionis, (ſive reus, *ſupra partium confeſſione*; ſive actor Ferdinandus II. ſit, *Capitul art* 25.38.) & executionis contra ordinem juris Imperij, ut dictum.

Minus principalis, Impulſivæ vel Inſtrumentalis.

Impulſiva interna ſive προηγουμένη hic: conſilium dictum Maximiliani Archiducis. & mox in antecedentibus & reliqua literis Cęſareis detectaturi Ferdinandi II. odium adverſus Fridericum V. & ejuſdem domum Electoralem, male, ut dictum, informati; & ſimilia. Ex parte Bavari immodc-

moderatus iſte Palatini Electoratus ab omni primogenituræ in Imperio ante & poſt Bullam Auream ac ubique terrarum cognito jure abhorrens appetitus; ſimultas ac æmulatio contra Palatinam Rodolphi I, ob ſuffragium, Friderico Auſtriaco præ fratre Ludovico Bavaro Imperatore poſt, Electionis datum in exilio defuncti primogeniti, ſtirpem Electoralem: cujus Fridericus V, & ſic cunctæ Bavaricæ ſimul domus, primogenitus & caput exiſtit. & hujus generis utrobique ſupra dicta: unde diffidentia & inæqualitas in ſacris & profanis, odium præterea Religionis Ligæ & ſingulorum nominatorum, undique prominent.

Προκαταρκτικὴ ſive externa cauſa videntur diſſidia ſtatuum Catholicorum Romanorum & Proteſtantium; (de quibus paſſim in actis:) ubi nulla diſtinctio proteſtantibus ſat tuta, ex theoria & praxi antiqua & moderna, univerſali & particulari, Auſtriaca & Bavarica præſenti. Proximior forte, *teſte Iuſtit. Imp. fol.* 52. acceptatio Friderici V. Electionis Bohemicæ, & inde potentia Vnitorum, &c.

Inſtrumentales cauſæ occurrunt communes, noſtri ſeculi peſtes Reipublicæ tres: Ratio ſtatus; prætextus Religionis; & violatio fidei. ſpeciales hic: apparatus bellici Hiſpaniæ & Ligæ: denudatio urbium Hungariæ Turcis finitimarum: *ſupra part.* 2. tractatio Conſtantinopolitana Auſtriaca: *Inform. Canc. p.* 1. *fol.* 25. *&* 112. Bellum Bohem. & Palatinatus: tranſlatio Electoratus, reſpectu Ferdinandi II, medium; ratione Bavari, finis: & huic ſimul Bannum medium ad finem conſequendum, cum oppreſſione Friderici V: & ſimilia ſupra dicta; ut tractatus ſimulati; horumque ſpe inani induciæ poſt omnem Palatinatus occupationem, Electoratus tranſlationem, & Friderici V. exercitus dimiſſionem; induciæ cum ſequeſtro Hiſpanico

Franc.

Francкenthalenſi, initio & eventu frivolæ, eum dolo faciat qui petit quod redditurus eſt, *l.173.§.fin.ff.de R.I.*

Materiæ: ob cauſam principalem poſſeſſionis & principalis, *p.1. & 2.* conſequenter publicæ, quia non fracta pax; crimenve ullum, ut dictum, vere aut præſumtive, per ſe & à remotiſſimis circumſtantiis, majoribus ſcilicet, probatur, Friderici V. adverſis domui Auſtriacæ, ut Ferdinandus II. male informatus eſt, *prodromo d. N.7.* ſed Maximiliani I, Caroli V, & Ferdinandi I. Imperatorum temporibus, imo Rodolphi I. Electoris, ideo in exilio defuncti, quod fratri Ludovico Bavaro Fridericum Auſtriacum prætulerit: *Leodius fol.53. & 90.* & de cladis Maximiliani Palatinis illatæ pœnitentia: *fol. 45.* & quod Carolus V. & Ferinandus I. Imperatores, Imperatoriam & regiam dignitatem acceptam ferre debeant merito. *fol. 148.* De Friderici II. meritis in Rempublicam contra Turcas, *paſſim. fol.129.* & domum Auſtriacam, *d fol. 89.* nunquam rebellis, *fol 266. & ſeq. & paſſim toto libro,* in vita Friderici II. & alias hiſtoria notum. indigne ergo tractatur hæc domus. *litura fol.64. & ſeqq.* A perſona & inſtitutione ſive moribus Friderici V. nulla præſumtio mali: *contra d. N.7. prodr.* cum nihil turbulenti patrarit in Imperio unquam. *Arg. d. l.7.§.3.ff.ad l.Iul. Maieſtat.* contra extant reliquorum veſtigia in actis: *ſ. p. 2,* Styriæ, de Bavaro, in Epiſcopo Salſburgenſi & urbe Donawerdana; &c. imo præſentia Palatinatus documenta in ſacris & profanis, Hiſpanis majori hactenus lenitate rem moderantibus. *Palatini propenſi Auſtriacis.*

Formæ; ob ſupra dicta de modo legibus imperij & capitulationis jurejurando præſcripto.

Finis; non publici, nec in factis principaliter, (qua ratione alias Bavarus excluderet Electoratu Neuburgum principem,) nec profanis ob dicta & prætextu Religionis ſive

minus principaliter: ubique ob privatum Ferdinandi II. & Bavari, hinc non tranquillitatis aut ſalutis Imperij. ut ex toto contextu hoc, liquet, & Votis Electorum ſecularium prænunciis.

Antecedentibus quo referri poſſunt omnia quæ ad terrorem dudum ſpectabant *ſupra, ad finem privati.* Vt; conſilium Maximiliani Archiducis, tractatus particulares Bavarici, & alij, Mulhuſianus, &c. Liga ipſa, bellum, invaſio Palatinatus, & ante hæc tranſlatio Electoratus, & ſimilia.

Conſequentibus & effectis: Præjudicij Imperij & Electorum ſecularium & omnium; Everſionis legum fundamentalium: devaſtationis & deſolationis Bohemiæ, Palatinatus, ac dilacerationis. cujus belli malum per omnes circulos ſerpit, dum Ligæ exercitus per Imperium vagetur bellum quæritans, & alij apparatus, ut dictum, viciſſim nuncientur, & pericula Imperij. Conventus Ratisbonenſis, qui nec collegium Electorale nec comitia ſapit; quo veminus, præter defectum efficientis, formæ, & finis, &c. res legitimatur pluralitate votorum. Nam Imperator Ferdinandus II. ipſemet mandatis ſuis aulicis, hiſce motibus durantibus, & quidem non ita pridem, Capitulo Halberſtadenſi tranſmiſſis, in bene conſtitutis collegiis non majora (numero) ſed saniora vota plus ponderis habere, expreſſe infert. qui numerus major hic per ſe non apparet: recuſantibus maxime Brunſwicenſi & Pomeraniæ Ducibus conſtantiſſime vel actui intereſſe: & ob ſupra dicta.

Affinibus ſive cognatis: excuſationes belli, nullam diſciplinam belli incommoda tollere. *literæ fol* 73. gravaminum Imperij hoc caſu expediundorum conatus, & aliarum illiquidarum & controverſarum rerum in Imperio & ſimilibus ſupradictis. hodierna in Imperio contra Electores,

ctores, principes, ſtatus, &c. ſcribendi inſolentia, cavillationes, ſarcaſmi, contumeliæ, & ſimilia.

Contrariis tandem dictis Iuris & Iuſtitiæ mediis, & horum malorum indubitatis & prævifis prænunciatiſque remediis.

Hinc, inquam, optima conſequentia ſequitur, proceſſum inſtitutum ſupradictum, injuſtitia cauſæ, defectu Iuriſdictionis & formæ legitimæ, omni jure eſſe nullum, ideoque à ſtatibus Imperij reformandum, (atque ne lis ex lite, ratione reſtitutionis juris vel gratiæ, manente ſcilicet Banni ſententia, prætextu juris ex Banno hocce in bonis & honoribus Friderici V. aliis collatis quæſiti, belli denique ſumptuum, & ſic bellum ex bello, ſeratur,) idque ex utilitate Reipublicæ. Tandemque pronunciandum, Fridericum V. in Imperio in patrimonialibus ac dignitatibus quibuſvis Electoralibus ante omnia reſtituendum; bannoque ſublato, cauſam Bohemicam privatam, cum continentia cauſæ publicæ jam vel cujuſcunque, à ſtatibus Imperij ad terminos juris & æquitatis reducendam; Eo magis, quod vel rata Friderici V. renunciatione Bohemiæ conditionali Regno, Bohemiæ hoc incerto & pernicioſo Imperio quoque ſtatu relicto, tranquillitati & ſaluti Imperij vel ipſo eventu teſte neutiquam conſultum videatur.

Coronidis loco ſit; Officiales & partes Frid. V. ſecutos & ſequentes eadem injuria proſcribi, bonis privari, & quibuſvis cladibus affici, æque contra leges & Iura Imperij eſſe; & ex parte altera ab officialibus, *per Auream Bullam d. cap.* 24. crimen læſæ Majeſtatis contra Fridericum V. committi.

EPILOGVS LIBELLI.

CAuſam hanc cum periculo & conſequentia ad univerſum Imperium redundare, Notorium.

Pro 1. parte libri, poſſeſſionem Frid. V liquidam, defenſionem & continuationem omni ac Imperij jure legitimam, ſimulque remedia ibidem, Notorium: & utilitati publicæ per oblationes Friderici V conſultum eſſe.

Pro 2 parte, Ferdinandi II jus non fuiſſe nec eſſe notorium abſque definitione cauſæ principalis; Ius Regni Bohemiæ eſſe Electivum, confeſſione partium, & lege publica Bulla Imperij Aurea, cum jure feudali. Frider. jus putum poſſeſſione juſta firmatum, Notorium æque.

3. Crimen inde, nec aliàs in actionibus Banni formulæ allegatis, nullum à Friderico V commiſſum, nullum probari; Iudicem hic legitimum non fuiſſe; nec formam proceſſus, per jura Imperij juſtificandam; & ſic judicium nullum, Notorium.

Effectus ſupra publici & privati præjudicij deductus: diviſio Imperii & majoris ſtatuum partis: improbatio proceſſus, ut item Vicinorum, ac ſuſpicio, ut in negotio Rhætico; ſine diſcrimine Religionis, ad conſervationem publici & Friderici V, ſtatibus iure imperii, Vicinis ſocio & amico fœdere antiquo devinctis, tam ratione Friderici V quam Regni Bohemiæ intuitu, ut dictum; vel maxime Regibus quibuſlibet Chriſtianis per orbem, Imperii juxta Electoribus, principibus omnibus & ſingulis, genus indubitato ſuum ad ſanguinem Bohemicum referentibus, & ſic quovis Electionis modo ius (vel aditum pacto Hiſpanico vel fratribus Ferdinandi II præcluſum, nedum reliquis dictis) ad Regnum æque legitimum, & ſic

variis modis intereſſe publicum & privatum habentibus.

Conſequentia: ut abſque reſpectu privatæ Ferdinandi II Imperatoris cauſæ, & Bavaricæ ambitionis dignitatis Electoralis ex ruina Friderici V, remedia Iuſtitiæ & pacis reſumantur: Ne Reſpublica quid ex bello & recuperationis & defenſionis (quoſcunque Reges, M. Brittaniæ vel Galliæ aut alios Heroas, Fridericus V ad auxilia & amicos & ſocios colligere queat) jure omni & Imperij, ut dictum, licito, non dicam detrimenti, ſed prædictionis Electorum Secularium eventu quaſi comprobati periculi (non vano vatum vaticinio prænunciati) excidij, capiat, & funditus libertas Germaniæ peſſundetur; quod Deus ipſe avertat.

Atque hæc omnia & ſingula ex actis ipſis ſunt notoria, quæ revera ICtis notoria ſunt. *confeſſione Iuſtit. Imp. fol* 8. *& ſupra.* Ex quibus allegata notorietas Auſtriaca non eſt notoria, aut nihil notorium foret. & per conſequens nec hæc cauſa Banni; conſequenter nec Bannum ipſum: ut collapſo fundamento concidit ædificium. Erit ergo Bannum Notoriè Nullum, eſt, & permanet perpetuo. Salvo cujuſque accuratioris hoſtis, modo non capitalis veritatis & juſtitiæ ſacroſanctæ, judicio.

Deſignatio utriuſque partis hic actorum.

Ex parte Ferdinandi II Formula Banni, Ius Hæreditarium Auſtriacum, Iuſtitia Imperialis, Litura pro utroque nonnunquam.

Ex parte Friderici V: Nullitatis libellus, Prodromus, Speculum Banni, Informatio Cancellariæ Bavaro Anhaltinæ, Animadverſio in Lituram, cum deductione Bohemica, & informatione Gallica.

Complures ſcriptitationes extant; ſed aut dicta pro cauſa ipſa complectuntur, aut Cavillationes & ſarcaſmi perſonales, Satyræ quoque, exiſtunt. quia antiqua & moderna denique prognoſtica vidi nuperis nundinis Francofurtenſibus: ne tandem ſomnia: hiſce vagos componere, cauſæ fluctus, operæ pretium & tempeſtivum duxi.

Deo Triumphus & Gloria.

Errata ſic corrigantur.

Pag.3.l.pen. Venduntur*que* pag 8 l.1.potuiſſe per literas reverſales: poſt, pag.9. l.19 Electionis pag 11 l.10 arg l.1. l.15. patris pag. 15.l.3 vacationis non, pag 26 l.6. Ferdinando pag 31.l.23. C.7. l.29. § præterea.v Item ſi. p.33.l.14. digitor l.pen.*tit.*13. p.34.l.18. pater & l.26. demonſtrative, primogeniti item, p.35.l.12. *l.fin.*10.*ff.* p.37. l.18. Altera ratio. p 39.l 28. *communi quoque latinè loquendi uſu* p.41.l 14. unde ab p.42. l.13. text, expreſſ. l.17. vis l.antepen. quando p.44 l. pen. conceſſioni p.45.l.8. nec l.26. Ferd. p.47.l.12. quaſi ante l.19. Auſtriaca quoque *iur.hær.* p.48. l.24. confirmatur. p 50. l.10. veniamus l. 18. capitulat. p.52 l.8. teſtatus ex l.26. Regni facta l.28. cædes, depoſitiones p.54.l.2. extent p 55.l.10. reliqoas p.57.l 21. quam p.59.l.10. ſucceſſorem p.61.l.4. vis p 65.l.26. die l 28. & jus p 66.l.17 pandectæ p.68 l.27. puræ p.70.l.1. opponitur p.73 l 29. ſuperioris, ſex item p.74. in marg. Bellum Bohemicum. lin.ult. ſecundi. nam exercitum p.75. l.4 recedere tem ita, & l.9. ordinat. ſtatur. in marg. pactum Hiſpanicum. p.76.l.3. Imminutionis l.11. auſpicaturi p 77 l.2. ſex argumentis p 80.l.24. ſecundi p.83.l 13. prenſationibus p.85.l.3. contenditur p 95 l.6. Imperialis p.101. l.11. præſidum l.21. legis p.102. l.10. exemptione l.11. Imperialis p.103 l.25 reperitur. Iure hæreditatio Auſtriaco de p.104.l.6. prohibeatur uti; & p.105. l.antepen. electionis p.106. l.20. Imperij. Prioris cum p.108.l.13. ſtipulationibus prævijs, l.14.

l.14.violentiam l.pen.occuparint p.109.l.15.privatos p.111 l.22.componentis litigium, p.115.l.21.cœtum p.117.l.11.in marg.Exceptiones Frid V. l.12.hæ p.119.l.15.Brandeburgicis Electoralibus p.120.l.ult. Imperij p.122.l.20.evidentia rei, p.122.l.13.baſi hiſce l.penult.coadunationis militis; p.125.l.7.præmittere p.126.l.9.eximi p.130.l.5. proſequendos l.15.*fol.*49. l.pen.Palatinus p.131.l.4.mediocria non ſe timere p.133.l.antep.cognitio cauſæ, proceſſus legitimus, p.134.l.25. exemptionis p.135.l.12 omiſſo tum l.23 Philippum, l.25 innocuum declaratum p.140 l.ult referendo p.143.l.15.ſimultaneæ l.ult. compendiariam tranquillitatis p.148.l.9. declarationem categoricam, p.150 l.pen.*fol.ult.* p.152.l.27 declarationem: pro re nata p.153.l.1 in marg.l.OBIECTVM. l.antep.infidelibus. p.157.l.ult.*verſ.* p.158 l.10. intrinſecæ p.159.l.22.&c.*N* 46. l.27.habebit.de pig. p.161.l.pen. Imperiali p.163.l.10. judicium.p.164.l.6.inter lin.8.c.6. p.165.l.15. e qualitate p.166.l.21.primò l.antepen.ſtabilitur: vetus p.167.l.18. negando,ac Caroli p.169.l.20.*tit.* 100. p.171.l.19.puncto

Z
583-4

SS 864.7